



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



DE, 20.

# VNCTIONIBVS GENTILIVM

DEO IVVANTE

PRÆSIDE

M. ANDREA CHRISTIANO ESCHENBACH. P. L.

AMPLISS. FACULTAT. PHILOSOPH. ADIVNCTO

DISSERTATIONEM PVBLICAM

SISTET

A V C T O R

R E I N E R V S V E R W E Y

WOERDA BATAVVS.

PRID. EID. OCTOBR. ANNO 15. Isc LXXXVII.

JENÆ,

LITERIS NISIANIS.

16.

VIRIS

NOBILISSIMIS. AMPLISSLIMIS. ATQVE  
EXCELLENTISSIMIS

DN<sup>o</sup>. JOHANNI. LEVSDEN

PHILOSOPHIAE. DOCTORI. ET. LINGVAE  
SANCTAE. IN. ACADEMIA. TRAJECTINA. AD  
RHENVM. PROFESSORI. P. ORDIN. LONGE  
CELEBERRIMO

DN<sup>o</sup>. GERARDO. DE. VRIES

PHILOSOPH. DOCTORI. ET. IN. EADEM  
ACADEMIA. PATRIA. ORDINARIO. PROFESSORI  
P. ITIDEM. CELEBERRIMO

PRAECEPTORIBVS. ATQVE. PATRONIS. SVIS  
OBSERVANTER. COLENDIS.

VT. ET

VIRO

PLVRIMVM. REVERENDO. AMPLISSIMO

ATQVE. GRAVISSIMO

DN<sup>o</sup>. JOHANNI. BAERS

ECCLESIAE. AVGUSTANAE. CONFESSIONI  
ADDICTAE. APVD. VLTRAJECTENSES. PASTORI  
MERITISSIMO. PARITER. AC. VIGILANTISSIMO  
DOMINO. AVNCVLO. SVO. PATRIS. LOCO  
AETERNVM. VENERANDO

NEC. NON


VIRO

EXIMIO. ATQVE. INTEGERRIMO

DN<sup>o</sup>. THEODORO. VERVVEY

MERCATORI. AMSTELODAMENSI. PRAE-  
STANTISSIMO. FRATRI. DILECTISSIMO

EXERCITIVM. HOC. ACADEMICVM  
SACRVM. ESSE. JVBT



I. N. J. C.

## AD LECTOREM.

**S**que adeò displicuere mihi, Amice Lector, vanissima illorum ingenia, quæ nullis elegantiorum Musarum sacris initiata, & planè *αμύνα*, cruda adhuc & clumbia studia, ventosa plerumque & enormi loquacitate in publicum protrudunt. Unde, levibus quidem atque inanibus sonis ludibria excitare optimè norunt, cùm verò in eruditorum confessus venerint, ubi omnia ad severiorē legem examinantur, putant se in alium terrarum orbem delatos. Hæc ipsa tolerabilia forrent, si tenebriones isti suas sibi res haberent, nunc & apud alios plerumque hæc studia contemnunt, & tanquam grammaticās nugas, apertè insectantur, non advertentes quantoperè se judicio eruditorum prostituant. Nondum à Musarum sacris illustria ingenia arcebantur cum Alexander

A 2

Ilia-

Iliadem Homeris emendatam ad vetera exemplaria & doctiorum Criticorum normam directam, in conditorio ναρθηκώ, repositorio τῶν τιμωλάτων, circumtulisset. Nondum hæc labes ingenia deleverat, cum Divus Chrysostomus facundiax suæ & vehementiæ in taxandis vitiis partem optimam ex quotidiana lectione Aristophanis hausisset, & cum dormitum iret, libros hujus auctoris pulvillo subdidisset. Sed nihil ego stolida talium hominum judicia moratus, meliore potius aliorum exemplo animatus,

*queis meliore luto finxit precordia Titân,*

otii quicquid à severioribus studiis habui, eleganteribus literis, & imprimis Antiquitatis studiis consecravi, & quantum habeo, adhuc consecro, nihil litans rupturis potius quam laxamentis animalium, Alexæ, Baccho, Cereri, facilius me hoc pacto sapientum isti præcepto Satisfacturum ratus, quo volunt, etiam otii rationem reddendam esse, quem proinde in finem præsentem dissertationem de Vnctionibus veterum conscribere, & publicæ luci exponere volui, quâ si vel nihil aliud quam tuam A. L. approbationem otii mei reportavero, tempus & otium me non omnino perdisse gloriabor. Vale!

CAP.

## C A P . I.

DE

VARIIS VNGVENTORVM  
GENERIBVS.

*Etymologia vocis Ungere. Unguenti origo. Plautus, Persius, Horatius illustrati. Discriimen inter αλαρπδες οχειδες. Μυρον. Incognitum Gracis antiquioribus. Unguentorum usus antiquissimus. Ungulum, luculentum. Upectus, laetus. Unguentatus, mollis. Unguenta stricte dicta. Discrimen inter olea & Unguenta. Oleum pro Unguento. Arabia imprimis Unguentorum patria. Arabes teneri & molles dicti. Arabius odor. Indorum miranda olea. Myrrbodinum oleum. Egyptiorum Unguentta adversus culices. Oleum Nardinum. Varium. Achamenia Nardus. Coftum Achamenicum. Tyrius Nardus. Malobatbrum Syrium. Unguenti Nardini confectio & prestantia. Locus D. Marci illustratus. Oleorum differentia. Cyprinum. Unguentum Baccarinum. Crocinum. Gleucinum. Myrrinum. Myrrha Oronrea, Achaea. Σταγη. Πλαση. Foliazum: Amaracinum. Sampfucum. Gellius illustratus. Cinnamominum Unguentum. Cinnamomus, avis nomen. Oleum Balsaminum. Apulejus illustratus. Orobalsatum. Justinus notatus. Ευδοσάλσαμον. Καρποσάλσαμον. Amomum. Cardamomum. Αμωμις berba. Ambrosia. Narcissinum oleum. Irinum. Oenanthinum. Rosaceum. Acan-*

*thinum.* Ὀμπακίνη. *Ompbacinum.* *Megalinum.*  
*Telinum.* Τήλινος ἄλσος. *Sambucinum.* *Unguentum Veneris.* *Balaninum.* *Oleum Regium.* *Jasminum.* *Casia odorifera.* *Notatis qui Casiam & Cinnamum confundunt.* *Ladanum.* *Susimbrinum oleum.*  
*Dianthus.* *Italorum bodiernorum olea & Unguenta.*

 Nde derivetur vox *Vngere*, certo non constat; in partes enim eunt Grammatici. Sunt qui autumant dici sic quasi *unum agere*, quia in unguento *miserantur atque uniantur diversa*. Aliis vero placet, hoc verbum originem *ungui* debere, ut propriè idem sit ac *ungue illinere*. Ab *ungo* autem venit *unguen*, vel *unguentum*: in quibus duobus vocabulis, quia V. post G. ponitur, ideo multi etiam *unguo* scribebant. Qui autem *ungo* malunt, eo nituntur, quod quando V. est in prælenti id etiam maneat in præterito: ut *volvo*, *volvi*; & hinc *Vnco* scribere jubent. Plura de his desideranti suppeditabit Velius Longus, a quo hæc mutuati sumus. Ab *uncto* etiam apud Plautum diminutivè dicitur *unctiusculum* pulmentum, id est, oleo conditum. Nam eo in Pulmentariis utebantur, ut refert Plinius l. XIX. c. IV. Hinc Persius sat. III.

*Uncta cadunt laxis tunc pulmentaria labris.*

Et *canare* sine *uncto* apud eundem auctorem Sat. VI. idem est, ac *obsonio condimentis perfuso*. Et Horatius de arte:

*Si vero est undum recte qui ponere possit.*

Pinguia ferè, opinor, Condimenta, uti oleum, & intinctum, quod Græci dicunt ἐμβαμμα, intelligit. Nam intinctus in oleo aut aceto, vel utroque, ut in acetariis. Quemadmodum indicat Vossius.

Græcis *Vngere* dicitur ἀλεῖσθαι, ubi tamen observandum, aliud esse ἀλεῖσθαι, aliud χείσθαι, si propriè loqui velimus. χείσθαι enim, ut in Glossis exponitur, est linere: Unde que illinuntur, vocan-

vocantur φάρμακα ἵπτχεισά, quomodo etiam χείρια μήλων vocat Dioscorides, quod oleum ē citoniis Plinius. Hec autem de spissioribus. At ἀλεύθεροι liquidis convenit, quibus aliquid perfundimus; qualem etiam distinctionem admittit Athenaeus. Unguentum vero iisdem μύροι dicitur, quamvis in vetustioribus eorum scriptis hæc vox non inveniatur. Id ideo factum esse multi existimant, quod antiquissimis illis temporibus μύρα græcis fuere incognita; ita enim de unguentis scribit Plinius l. XIII. cap. I. *Quis primus invenerit non traditur, Iliacis temporibus non erant, nec thure supplicabatur.* Nimirum qualia posteriori tempore fuerunt in usu. Oleo simplici duntaxat utebantur, cui miscebant e fruticibus odorem, præsertim roſā. Unde Rosaceum oleum laudat Homerus Iliad. lib. XXIII. Et Venus Hectorem πόδον της χειρὶς ἰλαῖῳ, Rosaceo oleo inunxit.

De hac igitur simplici unctione accipienda sunt pleraque Homeri, & vetustiorum Græcorum loca, quippe quorum unguenta, utet ea, quæ ex unâ tantum planta conficiebantur, propriè neque unguenta à Latinis, neque μύρα a Græcis dicta fure. (ut ex seqq. satis clarè apparebit.) Ex eo itaque, quod Homerus nusquam μύρα fecerit mentionem (quod etiam obseruat Eustathius ad Iliad. 4.) sed simplicium tantum meminerit oleorum, rectè concludere videtur Plinius, Iliacis temporibus ignota Græcis fuisse unguenta, utpote quorum notitia & usus post bella demum Persica ad eos pевenerit. Athenaeus vero si consulatur l. XV. ubi prolixè egit de re unguentaria, contendit Homerum novisse χρῆσιν της μύρων, licet ἰλαῖος vocem usurpaverit. Quicquid sit, Homerus non introduxit της Ἡρωας μύροις ἀλεύθεροι μύραι. Antiquissimum tamen apud Judæos, Ægyptios, Syros, & Persas unguentorum usum fuisse, satis nos docent sacra literæ. Josephus lib. II. Antiquit. longè ante Iliaca tempora apud Judæos unguenta fuisse meminit, scribens: Jacob, qui teste Eusebio, multis tempestatibus ante Trojanum bellum fuit, misse in Ægyptum ad Josephum filium suum, id temporis apud Pharaonem annonæ prefectum, inter cetera munera unguentum.

Idem

Idem auctor in tertio ejusdem operis, cum agit de purgatione tabernaculi & Sacerdotum, quam Moses instituit, qui vixit juxta nonnullos ante CCCL annos, quam Troja excisa est, ita habet: *Purificavit autem & Tabernaculum & Sacerdotes hoc modo: sumpsit siculos quingentos, & toridem ireos Cinnamomi, & Calami (qua & suavissimi odoris erat species teste Plinio) priorum mensuram, & medietatem horum jussit contusam misceri, oleique olivarum pondus mensurae provinciae, qua dicitur Hin, duas chocas Atticas capiens; quibus permisit & coactis facta est arte unguentiorum unctio suavissima.* Ex quibus jam allatis Hebreos hujus rei authores fuisse credere haud absurdum fortasse fuerit; quod tamen nos hac vice in medio relinquimus. Verum apud Persas etiam ante Darium unguentum extitisse testatur Herodotus lib. IX. scribens: *Cambysen legatos (prodi- tores) cum maximis donis misisse ad Æthiopum Macrobiorum Regem, inter quæ unguenti alabastrum fuisse, Regem vero cum à legatis rationem conjecturæ hujusmodi unguenti didicisset, id penitus aspernatum esse.*

Fateri tamen omnino heic loci necessum est, non una eademque ratione hoc nomen usurpari a scriptoribus. Nam non adeò incongruè per *unctum* denotabant sèpius *luculentum quid sive nitidum*, nonnunquam etiam hominem *lautum* seu *ditem*. Ita Persius. Sat. IV.

— — — — *uncta vixisse Patella,*  
*Semper.*

Et Horatius epist. I. I. describens hominem, qui nitidum & lautum convivium parare posset, de *Ἐποπάζοις*, quibus cynica cæna apponitur, ita loquitur:

*Accedes siccus ad unctum.*

Conf. idem auctor epist. XV.

*Ubi quid melius contingit & unctius.*  
id est pinguius, delicatus, sumptuosius. Sic alio in loco pro apparate condito cibo, & lauto convivio, opiparè instructo hæc vox invenitur. *Quod superius vidimus. Denique haud inufi-*  
*catum*

catum fuit adhibere nomen *unguentatum* pro *mollis*; ita Series  
cam hircosis unguentatos opponere legimus, cuius apud Agellium lib. XII. c. II. verba sunt: *Quidam sunt tam magni  
sensus Q. Ennii, ut, licet scripti sint inter hircosos possint tamen  
inter unguentatos placere.* Eodem etiam verbo P. Africanus  
apud eundem Gellium l. VII. c. XII. mollissimum hominem signifi-  
cat: *Nam qui, inquit, quotidie unguentatus adversum spec-  
ulum ornetur, cuius superciliosa radiantur, qui barba volfa, fe-  
minibusque subvolsis ambulet, qui in convivis adolescentulus cum amatore, cum chiridota tunica interior accubuerit, qui  
non modo vinosus, sed virosus quoque sit: eumne quispiam du-  
bitet, quin idem fecerit, quod cinedi facere solent?* Nos hic per  
unguenta intelligimus ea, quae è multis odoribus fuere com-  
posita, proprieque & stricte ita olim dicta. Habemus in hoc  
consentientem Dioscoridem, qui tractans de oleis, inquit, quod illa, quae sine alterius rei additione fiunt, appellantur *olea*, re-  
liqua vero omnia, quae ex oleo, atque alia materia sint compo-  
sita, *unguenta*. Hinc igitur eorum odor suavissimus, de quo  
Catullus XIII.

*Quod tu quum olfacies, deos rogabis  
Totum ut te faciant, Fabulle, nafsum.*

Interim nequaquam negamus, Scriptores de unguentis agen-  
tes sèpius *oleum* pro *unguento* nominasse. Cujus rei testis Ho-  
rat. l. II. Sat. VII.

— — — — *jussit ad se*  
*Mecanas serum sub lumina prima venire,*  
*Convivam; nemon, oleum feret oxyus?*

Faciunt huc etiam illa, quae Propertius lib. III. El. XV. habet:  
*Lavis odorato cervix manabit olivo.*

Cui jungatur Apulejus. Metam. lib. IV. nudati, & flamma lar-  
gissima vapore recreati, calidaque perfusi, & oleo peruncti, men-  
ses dapibus largiter instructas accumbunt. Porro ita heic loci  
de oleis & unguentis agemus, ut varia eorum genera ostenden-  
tes, simul multum ipsorum in sacris & profanis actionibus u-  
sum monstremus, è tamen brevitate, quae & talibus disserta-

tionibus convenit, & legentium oculos nimia prolixitate non offendit.

Contucantur autem, antequam ad rem ipsam accedamus, quamnam regionem vel terram potissimum unguenta sibi partiam agnoscant; ubi ab omnibus ferè auctoriis præ ceteris Arabiam commemoratam ac laudatam invenies. Ita enim de Ambicis odoribus canit Statius Sylv. lib. V.

— — — Dites nec sic ubi nata Sabai  
Cinnam.s, odoratæ nec Ambs decerpfit aristas.

Cui quoque sententiae assentientem vides Tibullum lib. IV.

Posside atque metit quidquid bene olentibus arvis  
Cultor odoratae dives Arabs segetis.

Idem auctor alibi:

— — — urantur odores  
Quos tener è terra divite mittit Arabs.

Eodem modo alii Arabem mollem dixerunt, quo heic Tibullus tenerum. Sic enim eorum mollitiem & varios odores indicat Manilius in IV.

Nec procul in molles Arabes, terramq; ferentem  
Delicias, variaeque novos radicis odores.

Plautus vero in Pænulo *Arantium* odorem dixit: *Arabius myrrinusque odor omnia complebat.* Et Ovid. in Epist. Sapphus ad Phaonem:

*Non Arabo noster rore capillus olet.*

Ubi tamen observandum, Veteres non tantum Arabum unguentis dedisse roris nomen, sed & aliis: inde opinor, quia capillorum ornatrices unguenta stillabant, & quasi rorabant, quod videge est ex illo Tibulli l. III.

*Stillabar Tyrio myrrhea rore coma.*

Sed transeamus ad Græcos, & perpendamus num & illi Arabæ unguenta originem debere dicant. Herodotum hoc fessisse indicant ejus verba lib. III. Πρὸς δὲ αὐτὸν μασαρέεις ἵχατη Ἀράβης ἡ ὄχυριν χωεῖν δέι. Εἰ δὲ ταῦτη λιθανεῖς τε δει καὶ μέρη χωρίαν πασίστιν φύο μόνο, καὶ Κύπρην, καὶ Σαρδίν, καὶ κυπριανο-

μετανοσ, τοι λέγεται. Ad meridiem ultima e regionibus, qua habitanteruntur, Arabia est, in qua sola omnium nascuntur tubus, myrra, Casia, Cinnamomum, & Ledanum. Et idem auctor alibi de Arabia: Απόζεται δὲ κάρδιας δὲ ἀραβίας θερπίσιοι ὡς αὐτοῦ. i. e. Redolet Arabica regio mirificè jucundo quodam odore; quibus assentit Lucianus in libro, quem inscripsit de Dēa Syria: Απόζεται δὲ αὐτὸς ὁδηγὸς ἀμφοροῖς, ὅποις λέγεται δὲ κάρδιας δὲ ἀραβίας. Cujus est sensus: Odorem autem divinum spirat, quem Arabica regio fertur spirare. Ex quibus hactenus adductis, satis, spero, appetet vetustus unguentorum mos eorumque Primaria origo. At instituti nostri memores, unguenta ipsa considerabimus, & quid circa illa observatum olim fuerit, quantum quidem ex veterum & recentiorum scriptorum monumentis observare nobis licuit, videbimus.

Primo itaque occurrit unguentorum diversum genus. Ea enim non unius fuisse generis nemo facile inficias ire poterit, itaque non est, ut operose hanc rem probare conatur. De multis ac variis Indorum oleis miranda refert Photius in Ctes. Excerpt. Indicis: Οὐτοὶ λιμνὴν θεῖν τὸν αὐλοῖς, σαδαῖς ὀξεῖσιν ἢ περιμετρῷ, δὲ γὰρ αἴμα μὲν τυποῖς ἐπάκαν δὲ λαμπεῖς ἔλαιοις (ὡς τὸ ἱμέτερον) ἐφίστανται. καὶ στοιχεῖοις ἐπίστανται, τὸν μίσθιον αὐλίς (καρφοῖς). Καὶ διάφοροις ἐπάρπονται. Εἰσὶν δὲ καρπίνης (τὸ χεῖν). Καρπάσιον δὲ τὸ λιμναῖον. i. e. Lacus est apud eos oblongitorum stadiorum ambitum habens, cui, quoties a nullo vento agitur, oleum (nostro simile) supernatur. Quod quidem ex ejus medio Scaphis hauriunt, navigis per eam navigantes, atque eo utuntur; utuntur autem Oleo, & sesamo, & ex nucibus, sed prestantius est, quod e laenillo hauritur. Habuerunt & aliud oleum, quo se inungebant, quodque e lacte conficiebatur, de quo in iisdem excerpt. Οἱ δὲ αὐθεντικοὶ λύσιοι μὲν, τὰς δὲ κάρδιας δαντοὺς ζεντούνται. Ελαῖαν δὲ καρπάσιον διέρχεται παρὰ τῷ δαντὶ τῷ γάλακτι παραποταῖς, τῷ εὔρεται διέρχεται. i. e. At viri se non lavant, sed manus duntaxat ablurent. Sed ter in mense oleo se ungunt, quod e lacte conficitur, & se pellibus abstergunt. De mirabili quodam oleo ex verme confecto idem

talia profert: Αχείνοστας ἡ, τελάκοντα ἡμέρας χερμάσιν αὐτὸν, οὐ  
ἔγειται ποιεῖθαι σι. Καὶ ἦν εἰ ἀπό τοῦ θηρα καὶ οὐλας Αἴγυπτος τοι  
ΩΓ. Οὖτις ἡ παρέλθωσιν αἱ τριάκοντα ἡμέραι, διπρόπολιστος τὸ ζωάν-  
κα, τὴν τὰ ἔλασιν ἀσφαλτόμηνοι, ἀγαπητοῖς τοῖς βασιλεῖς μέντοι τοῖς Ἰνδοῖς.  
Τεῦτον τὸ ἔλασιν (ώς τοῦ) ἐφεύρεν ὁντιχυδητὸς ἄντα. Ηδὲ, Εἰ καταφέρει οὐλα  
ἡ ζῶα. Καὶ ἄλλως ἡ σείρηνος εἰ μὴ πολὺ πολλῷ τε Εἰ παχεῖ. Ubi  
ceperunt, per triginta dies suspensum, uasis suppositis relinquunt:   
intra quod tempus ex eo distillant, que decem Cotylas Atticas im-  
plete possint. Elapsis triginta diebus ipsum vermetum abjiciunt,  
oleum autem adhibitus custodibus ad solum Indorum regem mit-  
tunt. Oleum hoc, id, cui superfusum fuerit, accendit, οὐ ligna  
pariter animaliaque comburit, soloque luto, οὐ eo quidem cras-  
so extingui potest. Paucis postea interjectis fragrantissimum  
quoddam oleum, Myrorhodinum nomine, cuius odor ad quinq;  
stadia pervenit, ita describit: Οὐ δέ τοι δινόρα εἶ Ἰνδοῖς ὑψηλά  
ποτε κέδρῳ οὐ κυπαρίσῃ, τὰ ἡ Φύλλα μάστιξ φοίνιξ, ὀλίγος πλα-  
τύτερα. Οροβάτῃ ἡ Ἰνδίς η μὲν Κάρποι, Ἐλληνίσι ἡ μυρορέδα.  
Πίνεται ἡ ἔλασιν ἐλαῖον σαγόνες, οὐδὲ τείρα εὐαρκῶνται διὰ τὴν δίνορα,  
διποτίζουσιν εἰς ἀλαβάσρας λιθίνας. Εἰσὶ δέ τοι μὲν χρῶμα, ἀρέμας  
ὑπέρυθρον Εἰ ωποπαχύ, οὐδὲ ἡ πίνια πλεῖστον. Οὔτε ἡ Φασιν αὐτὸ-  
τῷ δὲ πίνεται σαδίνες. Quia verba ex versione ita legimus: Ha-  
bent Indi arbores Cedro aut Cupresso proceritate pares, quarum  
folia Palme foliū paulò latiora, alsoquis sunt similia; Nomen il-  
lis est Indicum, Carpion. Gracum vero Myrorboda. Ex illis olei  
gutta distillant, quas lana arbori impressa excipientes, in lapo-  
deos Alabastros, illam exprimendo, infundunt. Est autem id  
subrubrum, οὐδὲν διαφανέστερον, fragrans, ut ad quinq; sta-  
dia eius odor perveniat. Sed hæc de Indis sufficient. De veterum  
Ægyptiorum unguentis, quibus adversus culices sunt usi, talia  
scribit Herodotus in Euterpe: Αἰεῖθαλι ἡ χεῖνον ἡ ιχυπτίων οἱ οἰνο-  
τὰ ἔλεις οἰνοτοι, δέοντα τὸ σιλικυπέιων τὸ παρπά τὸ καλεῖσθαι μὲν Αγγύ-  
πτιοι ποιεῖσθαι. Ποτὲντος γένθε. Παρὰ τὰ χειλια τοῖς τοισινοῖς Εἰ τῷ λι-  
μναῖον (πεύρων τὰ σιλικυπέισα τῷ). Τὰ γοῦν εἰς Ἐλλαστι εὐοματεῖ ἀχετα  
φύει, τῷ οὐ τῇ Αἰγυπτῳ (περιρρήμα, περπάν φέρει πολλὸν μὲν, θυ-  
σιοντας). Ιεῦτος ἵπταντο ουλίξωντο οὐ μέν κόραστος, οὐ πιπήτης. οὐ δέ

αὶ Φρύγεσις ἀπίθετο, καὶ τὸ δέπερπτον αὐτὸς συλλογίζεται. Εἴτε ἡ μήτηρ,  
καὶ εὐτὴν παῖδας τὸν λίχνην προστίθεται. Οὐδὲν δὲ βαπτάται πάρι-  
χεται. Πρὸς δὲ τὰς παντοπαῖς αὐθόρυβες οἰταὶ ταῦτα φοιτεῖ μεμενχαρα-  
πα. i. e. Αἰγύπτιοι qui Palustria accolunt, unguento utuntur ex  
fructu Sillicypriorum, quod appellant Αἴγυπτοι Kiki, hunc in mo-  
dum confidentes. Sillicypria bac, qua apud Grecos ulterò na-  
scuntur, ad oras fluminum stagnorumque serunt, multum quidem  
fructum ferentia, sed graveolentem. Hunc ubi collegerunt, alii  
contusum ad ignem, alii in sartagine coquunt, & quod ex eo de-  
fluit extipiant, pingue quiddam, & non minus ad Lucernas ido-  
neum, quam oleum, sed graveolentiam exhibens. Sunt autem  
adversus culices, quorum magna vis est, bac ab iis excogitata.

Sed ne in remotioribus diutius justo detineamur, redeamus  
ad propria & intueamur, quae olea ac unguenta inter ipsos  
Grecos ac Romanos in usu fuerint. Si eorum Scriptores per-  
scrutamur, nullum certè inveniemus Nardino vel præstantius  
vel laudabilius: quod pro varietate loci, ubi nascitur, varia  
quoque nomina induit. Horatius lib. II. Od XI. Nardum Af-  
syriam dixit; ubi Assyria pro Syria ponitur, non quidem,  
quod in Syria semper Nardus nascatur, sed quod montis, in quo  
oritur, pars una ad Syrios, pars altera ad Indos flectatur; unde  
etiam iterum nomen mutat, ac Nardus Indica dicitur. Vid.  
Dioscorid. lib. I. Eadem ratione Nardus, quæ in Persiâ oritur  
(vel fortassis eadem in regione, quâ Syria, Persiam tamen pro-  
piùs adjacentem) Achæmenia ab Horatio vocatur, id est, Persica,  
Achæmenes enim Persarum rex fuit, à quo hoc nomen ortum  
traxit. Ita enim habet in Epop. od. XIII.

### Nunc & Achæmenia.

Perfundit Nardo juvat.

Iterum verò deposito nomine lib. III. od. I. ab eodem rege vo-  
cat Costum Achæmenicum. Tibullus vero lib. III. El. VI. Tyrium  
Nardum pro Syrio dixit; vel quod in Tyriorum regione Nardus  
nascebatur, vel potius quod Tyrus, ut quidam volunt, in Syria  
fuerit sita: odores enim laudatissimi, & omnis copia narium  
(uti Horatius loquitur) & Syria. Hinc, ut supra dictum est,

Assyriæ Nardi. Idem Horatius etiam alibi *Syra mercis* com-  
meminit, quum unguentum intelligi vellet Malobathrum,  
quod ab eo lib. II. od. VII. *Syrium* appellatur, quia (ut vult Dou-  
za, & Vossius) e *Syria* mari mediterraneo in Græciam atque Ita-  
liam portabatur. Scaliger verò exercitat. CXLVI. §. II. au-  
tumat, ita dici non a natalibus, sed officinæ loco; quemad-  
modum calamus Aromaticus à Græcis quidem καλαμός Συ-  
ειανός, à Romanis vero *Alexandrinus* dicebatur, quia ad il-  
los è *Syria*, ad hos *Alexandria* apportaretur. Vult autem  
Dioscorides lib. I. cap. XI. & Scaliger in notis ad Propre-  
tium, Malobathrum in Indicis paludibus nasci. Hinc Vossius  
arbitratur, *Indicam* esse appellationem, forte ex *Tamala-  
bathra*, quomodo *folium Indicum* ab Indis hodie vocatur.  
Alii autem volunt, *Malobathron* Indis dici *Bathron*, & crescere  
in loco Indiae hodie dicto *MALABAR*, indeque vocem formari  
*Malobathron*. Plura vide sis apud Matthiolum ad Dioscorid.  
Verum non hic omittendam duco Nardi præstantiam, quam vel  
hinc colligere licet, quod ex variis oleis inter se commixtis *Om-  
phacino*, *Balsamico*, *tigno balsami*, *flore junci odorati*, *calam-  
mo odorifero aromatico*, *amaraco*, *costo*, *amomo*, *nardo*, *cassia*  
*odorata*, *fructibus balsami* & *myrrha* confitterit: qui vero illud  
pretiosissimum reddere volebant, adjungebant *Cinnamomum*.  
Conf. quæ habet G. Du Choul in tractatu de Balneis. Hinc igit-  
tur non miremur, quod Marcus Evangelista his verbis eam indi-  
cit: Νάρδος μῆτις τολθεῖται, cuius etiam pretium ostendit,  
dum paulo post discipulos ita loquentes introducit: Ήδύνατο  
γά τέτοιο πραθῆναι ιπάντα τε περισσίων οὐκεῖτο: quo pretio Plinius  
etiam Nardum estimat. Caussam verò tanti pretii indicat æta-  
tis suæ decus If. Casaubonus exercitat. XIV. quod nempe illis  
temporibus unica fuerit urbs Laodicea, que unguentum bujus-  
modi cum laude efficerit. Nec multo ante Galeni tempore in aliis  
etiam urbibus caperit fieri, quod commendaretur. Imprimis ve-  
ro admiratione dignum, quod interpres Syrus, qui sæpius voces,  
quæ significatione primâ græca essent, ex usu ejus temporis ser-  
vavit, hanc tamen immutarit: & potius sensum, quam vocera

ex-

expresserit. Nam unguenti caput dixit, quo ipso eleganter certe præstantiam significavit hujus unguenti. Quemadmodum etiam Hebreis ψΝΓ ΙΩΩ dicitur, quod caput est unguenti; & Germanis *Haupt Salbe*. Theophylactus vero adolov interpretatus est: ingeniose profecto Nardum enim puram αὐτοῦ antiquis dictam fuisse, alibi jam ostenderat, & sanè οὐδὲ Φρόντιον τὸν νέαπον, quæ τὴν πίσικην sive ἀλαθοῖ opponitur lib. I. cap. VI. egit Dioscorides. Eandem quoque præstantiam respicit Horatius, quum cadum integrum vini optimi exiguo Nardi vaseculo elici posse ait. Lib. IV. od. XII.

*Nardi parvus onyx elicet cadum.*

Sed pergamus ad reliqua & consideremus, quæ præterea olea usurpaverint delicata mentes. Quædam olea illorum & floribus composita erant, sicut *Rhodinum*, *Lirinum*, aut *Cyprinum*; quod posterius conficiebatur ex flore cujuſdam arboris *Cypris* dictæ, florem album ac valde odoriferum gerentis, ut testatur Dioscorid. Hæc arbor in plurimis provenit locis, possissimum vero in insula Cypro, unde, ut arbitror, ipsi nomen datum.

De unguento *Baccarino* apud Aristophanem fit mentio, cuius herba dicitur *Baccar*, florem ferens purpurei coloris. De quo oleo multa apud Comicos, & præcipue Hipponecam, ita alicubi loquentem: Βακκάρψ ἡ τὰς βίτρας ἔλεφιν. Aeschylus autem differentiam videtur posuisse inter *Baccarinum* & alia unguenta, cum ait: Εἴωχτας βακκάρψ τε Ε μύρα. Però *baccarinum* & *unguenta*.

Habebant etiam *Crocinum* unguentum, quod ex aromatis siebat & Croco in oleo macerato, ut ait Diſc. lib. I. dicitur à croco *Crocinum*, ut ab amarano amaracinum.

Habuerunt quoque *Gleucinum* & *Myrrhinum*; prius Græci dixerunt γλεῦκον; quod Columell. l. XIII. c. L. componi vult & simplicibus odoriferis, & Plinius lib. XXIII. oleum illud inter artificialium species collocat. *Myrrhinum* vero compostum erat ex myrrha; illa autem præ ceteris melior, quam *Orenteam* dixere, non (ut vult Scaliger) quod in Syria nascetur,

tur, sed quia *Antiochiam*, eo tempore totius orientis celeberrimum emporium, Camelis deferretur. De hac Propert. lib. I.

*Aut quid orantea crines perfundere myrrha.*

Legimus etiam de Achaica myrrha, sive Græca, i. e. quæ in Cilicia & Amano monte, juxta Vossii sententiam, proveniebat, a. pud Columell. cuius verba ita sonant:

*Et lacrymas imitata tuas Cinyreia virgo*

*Sed melior stacte ponatur Achaica myrrha.*

Hoc myrrhinum unguentum alio nomine *σαλίν* dicitur; quare quando Latini myrrhæ, hoc est, myrrhini unguenti meminere, *Stacten* intelligunt, ut ex loco jam è Propertio adducto satis pareat. Hoc vero unguentum è sola myrrha factum est, ut ait Athenæus. Quid autem *Σαλίν* sit, docet Theophrastus libello *περὶ δορύφ.*; ubi tamen etiam ex *cinnamomo* fieri scribit: *Ἐπικινναμόνες*, inquit, *καὶ ὁ Κιννάμων κοντομένης ἔλαιον ἔχει.* *Σαλίν* *ἡ παλαιῶν* *διὰ τὸ μικρὸν σάλιν.* Idem quoque præter Theophrastum affirmat Dioscorid. I. I. cap. LXXV. Errat itaque Plinius I. XII. c. XV. ita de Myrrha arbore inquiens: *Sudans sponte, priuquam incidentur, stacten dictam.* Ex quibus satis appetet, putasse Plinium Stacten fluere ex myrrhæ arbore, non autem ex myrrhâ jam *casâ*. Usus etiam hâc voce Plautus in *Curcul.* Act. I. Sc. II.

*Tu stacte, tu cinnamomum, tu rosa, tu crocimum, & casia es.*  
Et Lucret. lib. II.

*Sicut amaracini blandum stactaque liquorem.*

Aliud etiam quiddam ex myrrhâ confici, quod tamen oleum proprio dici non potest, quippe durius sicciusque, *πλαστὸν* dictum, indicat locus Theophrasti in Hist. Plant. lib. IX. c. IV. *Τὸς Κιννάμων* *πλαστὸν,* *ητὸν πλαστὸν.* *Πλαστὸν* igitur erit, quæ in offulas & pastillos fuit convoluta; id enim Græci dicunt *πλάστρα* & *πλαστάρια.* Vnde etiam ipsi nomen, testante Vosso. Ad suffitum ergo magis idoneum videtur, quam ad unguendum.

Alia præterea unguenta siebant ex *berbarum foliis*, veluti *foliatum*, quod nomen suum accepisse creditur, quod constituit

terit ex foliis Nardi, eostī &c. teste Plinio lib. XIII. c. I. cuius etiam meminit Martialis in Apophoretis. *Amaracinum*, quod erat ex Amaraco vulgo *Majoran* apud Belgas dicto. Syris verò & Ägyptiis *Sampsucum* dicebatur, de quo Plinius l. XXI. c. XI. *Amaracum*, inquit, *Diocles medicus & Sicula gens appellaveret, quod Ägyptus & Syria Sampsucum*. Quod idem Dioscorides affirmit, dum *σάμψυκον* à Cizycenis & Siculis *amaracum* vocari ait; videmus igitur *Amaracum & Sampsucum* idem fuisse, quod tamen Artemidorus Oneirocriticū l. I. c. LXXIX. hac sua distinctione debilitat: inquiens: *ζητυεῖν δὲ, τὴν ἀμαράκαν, τὴν ἀπάθη, Φρυγία, τὴν ἑλβία, τὴν ἀρμένην, τὴν ταχινήν τοις φέροντις αὐτοδότης, πάσαις τοις ρόποις*, i.e. ex *sifymbroid* autem, & *Amaraco*, & *Rumice*, & *Pbrygio*, & *Helenio*, & *Fremio*, & *Sampsuco coronas circumdatas babere, omnibus malum est*. Erit igitur *Sampsucinum* oleum juxta Plinium & Diosc. idem, quod *Amaracinum*, cuius meminit Lucretius, lib. VI.

*Denique Amaracinum fugitatis, & timet omne.*

*Unguentum. Nam serigeris subus acre venenum est.*

Ex quo etiam loco lucēm haurit Gellii illud: *Vetus adagium est, nihil cum fidibus graculo, nihil cum Amaracino sui. Optimum inveniebatur hoc unguentum in insula Coo, & praeceps hyberno tempore etiam utile erat, atque hinc illis, qui frigidas incolebant regiones.*

Quædam porro unguenta componebant è radicibus ac coriñibus arborum, ut ex Cinnamo, vel Cinnamomo *Cinnamominum*, cuius fruticem ita describit Plinius lib. XII. c. XIX. ipse frutex duum Cubitorum altitudine amplissimum palmique minus, IV. digitorum crassitudinis, statim à terra sex digitū surculosus, arido similis. Cum viret, non odoratus, folio origani, siccitate gaudens, sterilior imbre, cædna natura. Gignitur in planis quidem, sed densissimis in vepribus, rubisque, difficilis collectu. Meritur non nisi permiserit Deus. Sed & Regionem ubi crescat Cinnamon eopse capite indicat. *Cinnamomon, idemque Cinnamom nascitur in Äthiopia Troglodytis connubio permixta. Pro optimo vero Cinnamo habetur, quod appellatur Molylis*

hlycum, de quod consulas Diocoridem & Oribasium. Dignissima autem notatu sunt, quæde ejus collectione refert Herodotus lib. III. c. CXI. Οὐκοῦν, inquietus, τῷ πότε μη γῆ ἡ πρόφυσά διή, ὥς ἔχειται εἶπεν; τὸν δὲ λόγον εἴποτι χρείαρχος. Εὐ τοῖσι δὲ χωρίοισι φασὶ τοὺς αὐλὸν φύεις οἱ τοῖσι οἱ Διόνυσοι ἐπέδονται. Ορνιθας δὲ λεγούσις μηγάλας φορέψι ταῦτα τὰ κέρατα τὰ πέμπεις διπλὸν φονικών μαθόντες, κινδύνων καλέομέν. Φορέψι δὲ τὰς θυντας ἐς τεοντιας πεπλασμένας αὐλῶν φρόνδας διπλάκησιν εὔρουν ἐνθα διέβασιν ανθρώπων γένεται. Πρὸς αὐτὴν τοῦτα τὰς ἀράβιες σοφίας τὰ δέ. Βούν τε οὐντα τῇ διπλακήσιν εἰς τῇ αὖλων ἵσσονται τὰ μίλεα πλατεύονταις μετρίαις, ποριζόνταις ταῦτα τὰ χωρία. Καὶ οὐρανοῖς αὐλῷ τῷ περιστάτον, ἀπανθάνεται εἰκάς αὐλέων. Τὰς δέ ορνιθας καταπλεύονταις, αὐτὸν τὰ μίλεα τῷ ἵσσονται παραφορέα δηλιταῖς περιστάτον. Τὰς δέ, καὶ μανιτας ισχυρούς περιποννοῦνται δηλιταῖς πλευραῖς. Τὰς δὲ θηρίονταις συλλέγονται μετὰ τὸ κινδύνων. Quæ verba ita redunduntur: *Quomodo, aut qua in terra gignatur, illud nequeunt dicere: nisi quod probabili ratione utuntur; quod quidam volunt id gigni in iis regionibus, ubi Dionysus educatus est: Et ipsas Cinnamomi frustas afferri a grandibus quibusdam alitibus ad nidos. ē luto constructos in præruptis montium, et homini inaccessis. Contra quas hoc Arabes excogitarunt: boum afinorumque defectorum et aliorum jumentorum membra minutatim concisa in ea loca portant: Et ubi juxta nidos posuere, procul abscedunt. Ad bac frusta delapsæ volucres, ad nidos suos carnem comportant. Cui sustinenda impares nidi ad terram discissi labuntur. Tunc adeos colligendos accidunt. Hac ratione Cinnamomum ab illis legitur.* Unguentum autem ex eo confectum fuit pretiosissimum & maximi sumptus: non enim antiquitus ita siebat, ut hodie apud nos, sed conficiebatur ex oleo Balsamino, ē ligno balsami, & squinanto, (qui flos est junci odorati aromatici, secundum Diosc.) Cinnamomo, & balsami fructu: his admixta quatuor vicibus tantum myrrhæ, quantum primò cinnamomi, & tantundem mellis, quantum sufficit ad omnia illa simul humectanda. Hodie vero tale unguentum conficeré foret difficillimum, imò quasi adūtū; quia verum Cinnamomum, & quale hic describitur, placet ho-

ne hodiè est incognitum, prout dicunt, qui aromata ex India petentes adferunt. Unde pro Cinnamomo hodie sumitur Cortex odoratus, nobis dictus *Caneel*. Præterea avis cuiusdam, quam Cinnamomum quoque appellarunt veteres meminit Philes in his Jambis :

Ὀρνις δὲ Κιννάμωμα ὁρμασμένη  
Τὸ κιννάμωμα τον ἀγρούσιδην.

Fuit fortasse illarum una, de quibus modo scripsit Herodotus, quod Cinnamomum in nidos deferant; id enim quodammodo alter illustrat Jambus. Sed ut ad unguentum nostrum redeamus hujus Cinnamomi durabilitas observanda venit, quam summopere laudarunt scriptores; eò quod diutissimè conservet à putredine, & odorem suum longo tempore non amittat. Lukanus lib. X.

multumque madenti  
*Infudere Comæ, quod nondum evanuit aura*  
*Cinnamon, externa nec perdidit æm terra.*

Admiranda vero de ejus durabilitate historia est, quod nempe tale Cinnamum longissimo tempore post repertum fuerit in sepulcro Mariæ Stiliconis filiaæ, conjugis Honorii Imperatoris, quam tradit Andreas à Lacuna à Barthio laudatus, quibus convenit quod canit Papinius lib. VI. Thebaid.

*Tertius assurgens Arabum strue tollitur ordo*  
*Eoas complexus opes, incanaque glebis*  
*Tbum, & ab antiquo durantia cinnama Belo.*

Quantum verò ad cætera olea, haud minoris quoque fuisse estimationis *Balsaminum*, non est ut operosè demonstremus: Satis enim id appareat ex Apuleji verbis, l. II. Milei. *Licet omni gratiarum choro stipata, & toto cupidinum populo comitata, & baltbeo succincta, cinnama fragrans, & balsama rorans calva proceſſerit, placere non poterit nec Vulcano suo.* Quibus è verbis illud observare non erit indignum, quod quomodo Serrius ad II. Georg. & Isidorus lib. XVII. c. VIII. *Balsamum arborem vocari ajunt, & succum ejus oprobalsamum, hoc in loco tamen Apulejus, Dioscoridem sit imitatus,*

eui balsamum est, tum liquor aromaticus, tum planta viti familis, & fragrantissimum illum odorem fundens. Nequam tamen negamus, liquorem illum differentiae caussa interdum vocari oprobalsamum, id est, succum seu liquorem arboris; Nam et succus seu sponte, seu scarificatione ex vulnere vitro, lapide, ossifice cultellis inciso emanans. Testem in hac re se nobis offert Plinius lib. XII. c. XXV. *Succus è plaga manat, quem ὄπος οὐδεῖς μονονοματίζει, suavitatis eximia, sed tenui gutta.* Diocorides quoq; nunc ὄπος οὐδεῖς μονονοματίζει, nunc divisim ὄπος τὸ βαλσάμον vocat. Plinio autem est oleum balsaminum quod Simeon Sethus βαλσαμίλιαν appellat. Justinus verò oprobalsamum pro ipsa arbore, balsamum vero pro succo posuit, ordine plane inverso; de arbore scribit: *In ea sylva est, & ubertate & amoenitate insignis; squidem palmeto, & oprobalsamo distinguitur.* Ac alibi: *Arbores oprobalsami formam similem picea arbortibus habent.* De succo autem ait: *Ha arbores certo anni tempore balsamum sudant.* Impropriè sane! Nam vocem ipsam ὄπος οὐδεῖς μονονοματίζει, ac esse ὄπος τὸ βαλσάμον, quis est, qui non videat? ita usus est hac voce Juvenal. Sat. II.

— — *birsuto spirant oprobalsama collo.*

Et Martial. lib. XI. ep. IX.

*Lassa quod hesterni spirant oprobalsama drauci.*

Similiter lignum arboris ξυλόξινον appellant Servius & Hidorus locis citatis, ejusque fructus καρποβάλσαμον dicitur apud Diocor. & Galenum.

Sed & de Amomo aliiquid dicamus, quippe cuius praestantia ex ipsa voce claret; nam ἀμωμός & ἀμώμησις irreprehensus, r. prehensione major Græcis dicitur. Amomum hoc erat uva ex Indica labrusca, vel potius ( secundum Lubin.) frutex labrusca similis in Syria & Armenia proveniens, cuius lignum ita in se convolveretur, ut uvam referret. Conferatur de eo Diocorid. I.I.c.XIV. Theophrast. Hist. Plant. lib. IX. c. VII. Hinc Cardamomum est, qnod constat cardamo & Amomo. Cardamum autem prope accedit ad Amomum. Hinc Plinius lib. XII. c. XIII. cum superius de amomo verba fe-

cis-

cisset, de Cardamomo ita subnectit: *Simile hic & nomine, & fraticē Cardamomum semine oblongo.* Etiam ab Amomo dicitur ἀρωματική herba adeò similis amomo, ut quemadmodum Dioscorid. ait, hoc eo adulteretur.

Porrò utebantur unguento, *Ambrosia* dicto, quod pereleganter describit Athenaeus Deipnosophist. l. IX. prout verba ejus cōfondavit Iſ. Casaubonus: Η δὲ Αμβροσία, υδρώς αὐγαρύς, εἶτον, πακαρπία. Αὕτη τούτη. Est autem ambrosia aqua pura, oleum, & fructum omne genus: hæc omnia misce ad Ambrosiam: Sed hæc de unguento Ambrosia; alias enim Ambrosiam fuisse deorum cibum, notum est omnibus, de quo tamen nobis hic sermo non est.

*Narcissinum* oleum est, quod fit è flore Narcissi, qui flos gravi suo odore torporem adfert, quod claris verbis innuit Plutarchus Sympos. l. III. probl. I. Καὶ τὸ Νάρκισσον (ἀνθεταρός ταραχοῖς) οὐς ἀμελέντος τὰ νῦν τε & βαρύτητες εμποιῶντα ναρπάδης.

*Irinum* vero est ex iridis radice; tempore Plinii in Pamphilia componebatur, indeque in Latium devehebatur; melius vero & fragrantius in Elide civitate Arcadiæ.

Sic *Oenanthinum*, quod est è flore vitis Sylvestris. Camani, ut Possidoniū scribit, *Rosaceo* utebantur oleo, quia id eredebant ebrietati resistere. Apud eosdem quoque mixtione fieri olei *Acanthini*, quo Rex corpus suum fricari voluit, auctor est Ctesias. Theophrastus etiam libro, quem de odoribus scripsit, meminit olei cuiusdam, Græcis ὄμφατες dicti, quod fieret ex olivis immaturis: Ulti etiam oleo *omphacino* miscebatur ὄμφατος, i. e. succus uva immaturæ atque acerbae, de quo videatur Plin. l. XII. c. XXVII.

De unguento *Megalino* mentionem facit Dioscorides, id appellans μεγάλενον. Vid. lib. I. c. VI. quod Plinius Megalium appellat, ac vel à magnis viribus, vel ab ea μεγάλει significatione, qua notat ejus magnificentiam, sive virium magnitudinem nomen accepisse indicat. Talia enim scribit lib. XIII. c. I. *Tellinum unguentum erat celeberrimum Menandri Poëta Comici etate.* Postea multo successit propter Gloriam appellatum *Megalium*.

Athenaeus vero in XV. ab inventore Megallo, homine Siculo ita dictum esse affirmat. Cui etiam consentit Etymologus: Μεγάλος τοι μύρος δέντρο Μεγάλη Σικελίατε πρώτη εὐρώπη. Eadem etiam Suidæ sententia est.

Telinum autem unguentum, quod superius laudavit Plinius, sic à Telo maris Carpathii insula appellatum fuisse putat Isidorus l. IV. c. XII. qui tamen, cum hanc insulam nesciret, Delum pro Telo dixit. Digna sunt ejus verba ut audiantur: unguenta, inquit, quedam dicuntur à locis, ut Telinum, cuius Julius Caesar meminit, dicens: Corpus suavi telino ungimus. Hoc conficiebatur in insula Delo, qua est una è Cycladibus. Verum hæc sententia falsa videtur, si audiamus, quæ Dioscorid. lib. I. c. LVIII. de Telino docet; ibi enim τήλινο σκυνασίας explicatus, sumere sūbet τήλιος λίπρας ή. Ἐλαῖος λίπρας ή. &c. Secundum Dioscoridem igitur μύρος τήλιον dicitur, quia præcipua pars, ex quibus conficitur, est τήλις, quod Latinis est *fanum græcum*. Sic similiter τήλιον ἀλισφορος Græcis est *farina ex feno græco* confecta. Sed hanc quoque sententiam Plinius amplectitur lib. XIII. c. I. Telinum fit ex oleo recenti, cypero, calamo, meliloto, fano græco, melle, melino, maro, amaraco. Porro de telino unguento, (ut græcos mittam) è Latinis talia loquitur Tertullianus lib. de Pallio c. IV. quod apud Omphalen balsamo, aut telino sphero factum.

Sambucinum oleum dicitur, quod confectum est ex sambuco, Belgis een vlierboom, oleum vero apud nos vlierolie appellatur, de quo vid. Dioscorid.

De unguento Veneris mentionem facit Homerus, quod ab ipso κάλλος vocatur οὐ. Σ. dictum quoque fuit κύδος Αὐροδίτης: ex quibus vero fuerit compositum, non constat. Aliqui affirmant esse Anchusam; plures tamen Brenthium, aut Baccharin, quæ sunt genera τῶν παχέων μύρων. Vid. Hesychius, qui hunc in modum: Βρενθίνα πικάσια τινὰ δις ἐρυθραινόντας αἱ γυναικεῖς τὰς παρεῖς, οἱ δὲ αἰχμῆς, ὡς ἔν. Οἱ δὲ φύκος παρεμφόρες κύδος Αὐροδίτης.

Addamus hisce unguentis Balaninum, quod ita nominantur

runt vētētes ἀπὸ τῆς βαλάνων, quas Latini glandes dixerunt, eorum scilicet arborum fructum, quas glandiferas inde appellamus, qualis quercus, robur &c. hanc Phænicibus quoque Balanum dictam fuisse legitur apud Plinium l.XIII. c.IV. In aliqua parte Phænices, Ciliciæque populari etiam nomine à nōis appellantur Balani. Ex glande itaque conficiebatur hoc unguentum, sed glande unguentaria; βάλανος enim μυροφυὴ intelligenda est, quam uno verbo μυροβάλανος vocat Plinius l. XII. c. XXI. ubi significat, nomen huic Balano sive Glandi ab unguento esse impositum, quia liquor ejus magis proprius & usitator esset in pretiosorum ac odoriferorum unguentorum compositionibus. Verba ejus hic apponam: *Myrobalanum*, inquit, *Troglodytis, & Thebaidi, & Arabie, que Iudeam ab Aegypto disserminat, commune est, nascens unguento, ut ipso nomine apparet.* Ea porrò glans à diversis regionibus ubi nascitur & Æthiopica, & Arabica, & Syriaca nominatur. Quondam è regione barbarica fuit allata; (quæ secundum eruditorum judicium Æthiopiæ fuit, aut pars ejus Troglodytis, quod Plinii sententia paulo superius adducta confirmare videretur) & utebantur liquore de carne ejus fructus extracto unguentarii, ut scribit Galenus. Optima autem ejus proprietas est, quod, licet longissimo tempore conservetur, nunquam tamen exsiccatur, unde etiam factum, quod humectaverint Myropolæ compositiones suas odoriferas hoc oleo Balanino; erant enim securi illas conservari posse, nil timentes temporum injurias. De hoc Myrobalano sic Σειφαζι! Martial. in Apophor. LV.

*Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus  
Hoc ex unguento constat, & ex Balano.*

Præter hæc omnia, oleum *Regium*, Græcis βασιλεοῦ dictum, magno quoque in precio erat, quo utebantur Parthorum reges, jusque compositionem describit Plinius. In Persiæ quoque contibus inveniri nuces Persicas, è quibus oleum conficiebatur. *Regium*, auctor est Amyntas. Meminit etiam Herodotus olea iugdam regii, quod (ut superius monui) è verme fecbat.

siebet. Alio tamen loco ita de eo scribit: τὸ δὲ τὸ ἔλαιον βα-  
σιλεῖ τὸν οὐδὲν κομιζεῖσθαι, συμεῖται διπλάσιον τὸ οὐρανὸν τὸ  
օστρον παριδεῖται, i. e. illud quidem oleum Regi Indorum appor-  
tant, vasis obsegnatus. Neque enim alii cuiquam vel guttam il-  
lius possidere licet. Jasminum apud Persas erat oleum ex albis  
floribus violæ, quod inter epulandum usurpabant odoris causa.

De quo egit Dioscorides lib. I. c. LXVI.

In unguentorum quoque compositionibus veteres *Casia*  
utebantur, non illa, quam Virgilius in Bucolicis & Georg. api-  
bus gratissimam dicit, sed odorifera aromatica, cujus meminit  
Plinius l. XII. cap. XIX. *Frutex & Casia est, juxtaque Cinnamis*  
*campos nascitur, sed in montibus, crassiore sarmento, tenui cute*  
*verius quam cortice, quem, contra arque in cinnamono, leva-*  
*ri, & exinaniri, pretium est.* Ex his constat Plinii sententiam  
fuisse in Arabia hunc fruticem crescere, quia iuxta cinnamoni cam-  
pos cum nasci dicit; At ubi Cinnamonum nascatur superius ex  
ipso jam vidimus. Qua etiam in sententia consentientem  
habet Aristot. hist. animal. l. IX. c. XIII. Nec ignoravit hoc Isi-  
dorus lib. XVII. c. VIII. scribens: *Casia nascitur in Arabia: vir-*  
*ga robusti corticis, & purpureis foliis, ut piperis.* Est autem  
virtutis cinnamoni similis, sed potentia inferior, unde pro cinna-  
momi vice duplex ejus pondus in medicamentis admiscetur.  
Præterea sunt, qui putant cinnamonum sive cinnamomum eun-  
dem ac casiam esse fruticem, sed errant; cum Isidorus ipsi si-  
milem duntaxat esse dicat, & Plinius loco supra c. aperte distin-  
guat: quod idem fecit Persius Sat. VI.

### urna

*Offa inodora dabit, seu spirent cinnama surdum  
Seu ceraso percent casia, nescire Paratus.*

Et Martialis:

### Casiaque cinnamoni.

odoris quidem suavissimi esse dicunt. Hinc Etymologus κα-  
σιαν dixit quasi κορυφας δια την ιωρηιαν τας αγαθης, i. e. ornam-  
tent ac reficien tem sensus odoris bonitate. Imò Casiae speciem  
vel deteriorem in MALABAR dici *Cais manis*, i. e. dulce li-  
gnum,

gnum, propter maximam dulcedinem ac suavitatem apud Gari-  
ziam legimus. Quomodo vero in Arabia casia comparetur, o-  
stendit nobis inter alios Herodotus in Thalia, hunc in modum :  
*Casiā autem sic.* Postquam sibi cum ceterum corpus, tum fa-  
ciem prater oculos obligaverunt, corris aliisq; pellibus ad Casiam  
pergunt. Eanascitur in Palude non alta, circa quam, & in qua  
degunt fere alatæ, vespertilionibus simillima, stridore diro & vi-  
ribus prevalentibus : quas ab oculis arcentes, sic casiam metunt.  
At potius audiamus ipsum Herodotum Græcā linguā loquen-  
tem : Τὸν ἡκτορίαν ὁδόν. Επεὶν κατεδίπως βύρογος εἰ δέρμασι  
ἄλλοισι πᾶν τὸ σῶμα, καὶ τὸ φρεσώπον, τὰλιν ἀπό τὸ ὄφθαλμόν, ἐξ  
χοντροῦ τὸν καστίλιον. Ήδὲ εἰ λίρη φύεται καθέτη. Πιει δὲ ἀν-  
τίλιον εἰ αὐτῇ αὐλίζεται καυτησία τελεσθεῖται, τῆσιν τυκτεσίον φρεσώπον εί-  
μαλιστα. Καὶ τέτευχε δέντρον, καὶ εἰς ἀλκεῖν ἀλκιμα. Τὰ δὲ ἀπα-  
μνομένες δάσος τῷ ὄφθαλμῷ, οὗτοι δέπτες τὸν καστίλιον.

Interim non omittenda duco, qua & idem auctor paulo  
inferius scribit de pingui quodam roscido, quod insidebat herba,  
cui nomen *ladon vel ledon* (Græcis est λαδόν, unde etiā nomen ro-  
scido illo *Ladanum*) ad multifaria unguenta conficienda utili, his  
verbis : Τὸ δὲ λαδάνον, τὸ ἀβύσσιον καλέσοι λαδάνον, ὅπερ τούτων μαστί-  
ληπον γένεται. Εἰ γοῦν συστραβεται τούτη μήδων εἰναέτελον δέσι. Τὸν γοῦν  
τῷ πραγματεῖον τούτου περίτελον εἰνείσιον γέγονεν, οὗτος δέσι τὸν τύλικον  
κεριτιμον δέ εἰς πολλὰ τὸ μύρων δέσι. Θυμιώτε τε μάλιστα τοῖς Αράβοις, i.e.

At *Ladanum* (quod Arabes *Ladanum* vocant) etiam illo (cinnamo-  
mo) mirabilius comparatur, quippe quod in graveolentissimo loco  
nascens, tamen fragrantissime olet. In barbis Hircorum inventur in-  
natū, veluti mucor ligni : cum ad conficienda multifaria unguenta  
nitile, tum præcipue ad suffusionem, qua Arabes utuntur. De hac  
herbâ eadem Plinius lib.XIII.c.XXVI. inquiens : *Lada appellatur herba, ex qua fit Ladanum, in Cypro barbis caprarum inhere-  
rescens.* Et Hesychius : Λαδάνον τὸ μύρον δέσι τὸν γάρων οὗτον αἴ-  
γανον, καὶ τρίγανον. Τὸ δέ δάσος τὸ βοστάνης λαδόν. His addam oleum  
*Sisymbrium*, quo brachia confricabant, quodque siebat ex si-  
symbrio herbâ, ita dicta à Græcā voce, στεύμενος. Qua de re  
Varro : *Qua in hortis nascuntur, alia peregrinis vocabulis, ut*

*Gracis* ocynum, menta, ruta, quam nunc οὐγαροι appellant. Item caulis, *lapathium*, radix. Sic n. antiqui *Graci* quam nunc *rappa-num*. It. ex *Gracis* vocabulis ἑρπυλλον, φόδων, addita ει commutata ηγε-littera, *serpyllum*, & *Rosa*. Item *Greca* κοσταρχον, μαλάχη, κύμινον. Item *Latina*, *lilium* λιλιον, ει *malva* α μαλάχη, ει *syimbrium* συμβριον. Sed haec de variis Vnguentorum generibus hactenus dicta sufficient. Plura si studiosus lector desiderat, inventiet ea apud Dioscoridem, Athenaeum & alios. Neque etiam hic quicquam de hodieorum Italorum, Hispanorum aliarumque Gentium unguentis & oleis addo, memor instituti mei, quō jubeor Gentilium Vnctiones tantum considerare. Denique etiam pigmenta & siccas antiquorum compositiones, *Gracis* θαλάσσης dictas, Plinio teste, ad exsiccandos illorum sudores qui balnea relinquerent inservientes, ut deinde aquâ frigidâ se lavarent, sicco hic pede prætero, quā alibi fortassis commodiorem, mēa quidem opinione, locum haec talia invenient.

## CAPUT II. DE VNCTIONIBVS SACRIS GENTILIVM.

*Vngendim* os in consecrationibus. Personæ un-genses. Pontifices. Statua unctæ. Per unctionem la-pides Dii fieri credebantur. Ara ungebantur. For-mula in dedicando ad bibita, non semper eadem. Sta-tuis dedicatis nomina titulique inscripti. Statuarum origo. Statua dii nuncupate. Termini, cippi dicti. Vnde? Termini uncti. Termini stipites & saxa. Termini Dii. Ανδρεῖον σηλᾶν, statua impolita. Be-tylia. Gammati lapides. Moris informes lapides co-lendi origo. Moris inungendi lapides origo. Batylus dixer-

diversis Diis dedicatus. Vbi sit termini? Cur Plato Homerum Unctum & lanâ coronatum è sua Rep. deduci censuerit? Quibus ritibus uncti Terminii. Viasores colebant Terminos. Terminii Agrorum praesides. Fructuum primitia Terminis oblate. Terminalia festa. Februarius ultimus anni mensis antiquis. Terminum intra tectum consistere nefas. Agna Terminis sacrificabant, pulce item ac Libo. Terminos loco movere impium. Terminii muris circumsepiabantur. Certum agri spacium Terminis donatum. Cur? Dira contra eos, qui res consecratas violarent. imprecations. Terminii Lares Viales. Lar unde? Lares varii. Agricole & Ruricole Diis. Nopusq; Brod. Arbores unctæ.

**P**ostquam varia hactenus Vnguentorum genera consideravimus, videbimus nunc, quis in sacris actionibus unguentorum fuerit usus; nihil tamen dicturi de unctionibus Hebraeorum cum Regum, tum sacerdotum, passim & in sacris litteris, & in multis aliis interpretum locis, inde variis dissertationibus jam uberrimè celebratis, sed vel ad ipsos Judæos auctores, vel memoratas dissertationes curiosum Lectorem allegantes, ea duntaxat, quæ ex veterum & recentiorum monuthentis, de vestitis Latinis ac Græcis observare nobis licuit, tractaturi. Cetero si paulò altius rem intueamur, præ cæteris in rebus diis consecrandis dedicandisque ungendi morem viguisse apparabit. In omni enim re Deo alicui dedicanda consecratio, ut constat, prius requirebatur, antequam illi sanctitas & religio accederet. Quod eleganter indicavit Minutius Felix de idolis ad Mareum fratrem: *Quando igitur hic nascitur?* (Deus sc.) Ecce funditur, fabricatur, scalpitur. Nondum Deus est, ecce plumbatur, constructur, erigitur. Nec abduc Deus est. Ecce ornatu*r*, consecratu*r* oratur. Tum postremo Deus est, cum homo volvit,

solutus, & dedicavit. Quæ certè consecratio in omnibus rebus sacris studiose observabatur, v. g. statuis, terminis, aris, templis, arboribus &c. In illis vero consecrationibus, quanquam à diversis gentibus pro diversitate deorum consecrandorum diversæ etiam subinde cærimonie adhibebantur; nihilominus tamen in universum præter Coronationes, preces, sacrificia, & adorationes, perficiebantur quoque per Unctiones.

In quibus ante omnia personæ ungentes sunt observanda, à quibus nempè in consecratione unctio perficiebatur. Apud Romanos quidem consecratio fiebat, (cujus pars fuit unctio) per Pontificem, qui & ipse ut reliqui etiam Sacerdotes unguento perungebatur; de quibus evolvatur Virgil. lib. IV. Aeneid. & Stuckius f. LV. Aderat vero aut adesse ritè debebat in talibus ceremoniis non solus Pontifex, sed cum ipso plutes, imò totum Collegium pontificum: Quod indicat Cicero in oratione pro domo sua contra Clodium, cuius verba sunt: *Pontifex, inquit, affuit. Non te pudet cum apud Pontifices res agatur, Pontificem dicere, non Collegium Pontificum affuisse: Prasertim cum tribunus plebis, vel denuntiare potueris, vel etiam cogere? &c. ac paucis postea interjectis, ita pergit: Hanc tu igitur dedicacionem appellas, ad quam non Collegium, non honoribus populi Romani ornatum Pontificem, non denique adolescentem quemquam, eum baberes in collegio familiarissimos, adhibere potuisti?* Non tamen omnes Pontifices, ex quibus constabat id collegium, semper aderant, sufficiebat enim, si plures adesse non possent, minor numerus; tres tamen non vero pauciores debuisse adfistere colligo ex verbis Ciceronis in orat. de Haruspicum responsis. Ubi ita infit orator: *De sacris publicis, de iudicis maximis, de Deorum penatiis, Vestaeque matrū Cerimonis, de illo ipso sacrificio, quod fit pro salute populi Romani, quod post Romam conditam, hujus unius casti tutoris religionum scelere violatum est, quod res Pontifices statuissent, id semper populo Romano, semper Senatu, semper ipsis Diis immortalibus satis sanctum, satis augustum, satis religiosum esse videntur est.* At horum Pontificum si dispiciamus ordinem ac dignitatem, nullus creabatur ex face vulgi, sed omnes

mnes Amplissimi viri, & in tali civitate celeberrimi, & conspicui, qui non solum adhibiti ad consecrationes rite faciendas, sed & res quæ malè aut illegitimè ab aliis consecratae erant resecrandas, & omni religione liberandas ; quod factum jussu senatus ex autoritate, vel horum Pontificum responso per prætorem Urbanum : Cuncta hæc non obscurè meo quidem judicio apparent ex eodem auctore, cujus verba oratione superius citatâ ita sonant : *At vero, meam domum P. Lentulus, Cons. & Pontifex, P. Servilius, M. Lucullus, Q. Metellus, M. Glabrio, M. Messalla, L. Lentulus, Flamen Martialis : P. Galba, Q. Scipio, C. Fannius, M. Lepidus, L. Claudius, Rex sacrorum : M. Scaurus, M. Crassus, C. Curio, Sex. Casar, Flamen Quirinalis : Q. Cornelius, P. Albini-  
anus, Q. Terentius, Pontifices minores, causa cognita, duobus locis dicta, maxima frequentia Amplissimorum, ac sapientissimorum civium adstante, omni religione, una mente omnes liberaverunt.* Vide ibidem plura. Hisce omnibus addendum etiam esse conseq. Plebis quoq; Rom. consensum ac jussum fuisse requisitum ; Quod tamen an semper obtinuerit ambigo ; ex auctore enim citato dubium oritur, talia proferente : *Video enim esse legem veterem (antiquis igitur id tantum erat temporibus) Tribunitiam, qua vetet injussu plebis, ades, terram, aram consecrare. Sed de personis Vngentibus hæc hactenus, quoniam ad reliquia ordo transire jubet.*

Statuas nunc Deorum oleo perfusas & nitentes videbimus. Nam, ut supra monuimus, non statim post sculpturam, numinis illius, cuius erant imagines istæ statuæ, præsentia ipsis adefse credebatur ; sedunctione opus erat, ut per eam consecrarentur, & post consecrationem demum pro diis haberentur. Quam bene congruant hæc verbis Arnobii, quæ l. I. de semetipso, sed nondum ad Christianismum converso, loquitur, ex seqq. patet : *Lubricatum, inquit, lapidem, & ex olivi unguine sordidatum, tanquam ineffet vis presens, adulabar, affabar, & beneficia possebam nibil sentiente de trunco &c.* Notanda & hic sunt Augustini verba lib. XVI. c. XXXVIII. de civit. Dei, quibus indicat credisse veteres per unctionem lapides fieri deos : *Nec mo-*

re, inquit, *Idololatria lapidem perfudit oleo Jacob, velut faciens illum Deum.* Neque enim adoravit eundem lapidem, vel illi sacrificavit. De hac quoque statuarum unctione elegantia sane verba profert Minutius Felix de *Idolis*, ad *Marcum fratrem*: *Non boni viri est, Marce frater, hominem domi forisque lateri tuo harenrem, sic in hac imperitia vulgaris cecitate deserere: ut tam luculento die in lapides cum patiaris impingere: Effigiatos sane, & undatos, & Coronatos.* Ut & Lucianus in deorum Concilio : Αλλὰ σὺν ταῖς λιθοῖς, ταῖς βωμοῖς χρυσοφαδεῖ, οὐ δὲ ιατροῖς θεραπεύῃς, ταῖς στοφάναις ἔχη, τὸ γάνθον δὲ αὐτορίση, διοι πολλοὶ εἰσιν. Quæ ita reddidit J. Benedictus: *Sed jam lapis omnis, omnisque ara vaticinatur qua sit oleo perfusa, & coronas habeat: cuique vir prestigiator suppeditat.* Ex quibus verbis apparet, quod etiam aris unctione adhibita fuerit: *Quod si vero quis dubitaret, an hæc hactenus adducta loca de statuis deorum intelligi debeant, consideret, id inde firmius colligi, quod termini & hujusmodi generis lapides vaticinari nunquam perhibeantur, sed dii, aut ad minimum Heroës qui essent.* Addamus his, quæ de Jovis Ctesii unctione apud Athenæum legimus, lib. IX. *Deipnos: Jovis Ctesii signa ita statuenda; Cadiscum novum utrinque ansatum operculo tegendum: Simulacri auribus coronam è lana albâ imponito. Ex humero ejus dextro lanam suspendito coloris creci: amictio etiam ut erit tibi commodum, deinde Ambrosiam illi affundito.* Sed potius audiamus verba Græca ab Iſ. Casabono emendata: Διὸς Κλοῖς σπρῆνα ιδέωντος ήγενός οὖσι. Καθεκτοὶ γαρ διατριβὴ θητηματεῖντες στήλαν ὡταὶ εἰς τὸ λευκόν τοῦ οὐρανοῦ ἀνέτελεν τὸ μέλαντον ἀνθρώπου κρόκονος κρεμαννύμενα, τὸ ίπποντος ὅπερι τὸν οὐρανόν. Εἴτε οἱ χιλιαὶ Αμβροσίας. Hanc statuam unguento Ambrosia perunctam fuisse dicit: quibus vero Ambrosia constaret anteā alibi monuimus. Nec hic omittenda duco, quæ de Hecates simulacro ejusque unctione, ac materiâ quæ unguentum, quo consecranda erat Hecate, componere debebat, scribit Eusebius lib. V. *præpar. Evang.* Hecaten ita præcipientem introducens :

AMM

Ἄλλα τέλιξ ξύλον κακάθαρμίνος τε σιδήρῳ  
 Πηγάρει εἰς αὐχεῖο δέμας ποιεὶ οὐδὲ θηλούσμι  
 Σώσισιν λεπτοῖς κατεύνοις σταλαβότας  
 Σμύρνης Εἰς σύραν @ λιβάνου τε μήματε σείτας  
 Σὺ νενοῦς ζώσισι, καὶ αὐροίσας ἵππο μύντων  
 Αυξεύταν τέλιξ, αὐλος ἐπωχόμυθο @ τάνδε ἐνχλεύ.

*Purum absolve mibi simulacrum, quale docebo  
 Sybvestri è ruta sacrum mibi perfice corpus :  
 Accedat tenuis mediisque penatibus errans  
 Stellio, quem Styracis, myrrae, thuriisque sabai ;  
 Pulvere, crescentis commisce ad lumina Phœbes :  
 Dumque instas operi, simul hæc mibi concipe vota.*

Qui versus posterior (quod paucis observamus) satis, ut arbitratur, docet, formulam quandam, quam tamen non apposuit Eusebius, in consecrationibus fuisse adhibitam. Cum enim statuas exsculptas haberent, & dedicare vellent dedicationis formulâ opus erat, quâ illos lapides certis diis dedicabant. Formulam vero non semper eandem fuisse usitatam omnibus satis notum; varias enim videmus apud Livium aliosque. Dedicatis vero atque unctis statuis nomina titulosque inscribebant veteres, ut illis ostenderetur, nomen dei deæque, cui fuerant dedicatae, ut patet è pluribus inscriptionibus apud Manutium, Gruuterum, & alios. Sed de his inferius alio loco agetur. Non verò hic silentio prætereundam esse puto statuarum originem; admodum enim vetustam eam esse indicat Epiphanius, eius verba lubet apponere: Ναχωρ ἦ, inquit, γνωστὸν Θάρρῳ. Εὐλεπτός γειοτερος αὐτοῖς εἰς πλαστικὴν δόπον πολυεργίας Εἰς κεραμικῆς θησαυροῦ, διὰ τοῦ Θάρρου τέττα τίχυν. i. e. Nachor genuit Thara. Tunc simulacula filia sunt figulino opere ex argilla, artifice Thara. Hæc de artifice Epiphanius. At statuas Deos esse nuncupandas, omniq[ue] religione prosequendas idem Thara primus docuit: ita enim de ipso Suidas: ὁ δὲ αὐτοὶ μεταποιεῖ δόπον σιαφέρων ὑλῶν σικόνας ἐργαζόμυθο @, καὶ λέγει τέττας θεός, καὶ ὄφεις φροσκωμεῖς, οἷς αἴτιος τὸ αἴγαθων. i. e. erat (Thara) Statuarium, qui imagines ex varia

*varia materia faciebat, dicebatque illos esse deos, & adorandos esse, ut bonorum autores.*

A Statuis nunc ad terminos, sive Cippos ( ita enim dicebantur Horatio, Persio, & aliis, monumenta, quæ in sepulcris & viis extruebantur. Puto, à Syra voce λάπις nomen accepisse ; Syris enim λάπις dicitur lapis, unde etiam πέτρα Apostolus Syriace νηθᾶς nuncupatus est ) progredior, quos itidem oleo perfundere cæcarum nationum erat religio. Hi autem ipsis erant Terminorum dii ac custodes, unde & ipsi dicebantur termini, ac sub figura termini, id est, rudis ac informis stipitis vel lapidis ( qui certe non immerito conjunguntur, sunt enim ambo termini ; quod indicat Ovid. Fast. lib. II.

*Termine, sive lapis sive es defossus in agro*

*Stipes, ab antiquis tu quoque nomen habes.*

Et Prudentius :

*Quos lana terret discolor in stipite.*

*Deasciato supplicare stipiti.*

*Verris cruento scripta saxa spargere.)*

colebantur, teste Lactantio lib. I. cap. XX. de falsa religione. Ejus verba, quoniam & in sequentib. habebunt usum, non pigrabor hic adscribere : *Quid, qui lapidem colunt informem atque rudem, cui nomen est terminus. Hic est, quem pro Jove Saturnus dicitur devorasse : Nec immerito illi bonos tribuitur. Nam cum Tarquinius Capitolium facere vellet, eoque in loco multorum deorum facella essent : Consuluit eos per auguria ; utrum Jovi cedere, & cedentibus ceteris solus terminus mansit ; unde illum Poëta Capitoli immobile saxum vocat. Hoc idem affirmat Ovidius Fastor. l. II.*

*Quid, novacum fierent Capitolia ? nempe Deorum*

*Cuncta Jovi cessit turba locumque dedit.*

*Terminus (ut veteres memorant) conventus in ade*

*Restitit : & magno cum Jove templo tenet.*

Haud illepidè etiam de iis Cedrenus talia dixit : Ος ὁ τες ἀνδρες ποτέρους, αὐτούς συλλαμβανεις, ης ας θεος προσεκαυτος εὐθὺς,

χρήσιμος. i. e. Ut majores suos, statuis stellarum honorebunt, & ut deos adorarunt, eisque sacrificarunt. Hic verò illud observandum, quod juxta plurimos per Ανθείας συλλόγονον hic intelligi debeant statua impolita, vel lapides informes, quos Sanchuniathon apud Eusebium Bætylia appellat: Ἐπερόνος θεὸς Οὐρανὸς βασίλεια, λιθος ἡμέτερος μηχανούμανθος, i. e. Deus Uranus (per quem ccelum intelligi nullus dubito) excogitavit Bætylia, cum fabricasset lapides animatos. Böchartus autem vertit *lapides unctos*; ut habet Phænic. I. II. c. II. Hos igitur lapides informes seu terminos Bætylia quoque ab Antiquis dictos fuisse nemō amplius dubitat. Scaliger verò eos *Gammatos* appellavit, quia *Gamma* insculptum habebant, vel ut alii interpretantur, propter literā *Gamma* r̄ similitudinem. Unde vero sit Bætylorum nomen, vel origo, in eo non conveniunt eruditī. Quibusdam placet sic dici à Græco βαύτη, quod pelle⁹ five corium denotat, quia nempe Rhea lapidem pelle caprina involutum & fasciatum pro Jove Saturno comedendum dederit. Ita enim Etymologus: Ή Ρέα λιθον βαύτη αγρός Σπαργανώσασα τῷ Κρόνῳ σιδωνε. Et βαύτυλον Græci lapidem vocant, quem in fabulis Saturnus pro Jove devorasse dicitur. Hesychius: βαύτυλος, εἴτε ἐναλεῖται ὁ δοθεὶς λιθός τῷ Κρόνῳ ἀπὸ Διὸς. Bætylum igitur intelligit Lucianus cum in Saturnal. admodum Satyricē ait: Τὸ μὴ φρόντας ἔκεινο, εἰ ἀληθῆ. Ταῦτ' οὐτινά ἀληθεῖρι, οὐτε καλόθιτα τὰ γενάμενα ταῦτα τὸ Ρέας, ἔκεινον ἢ ἴφελοπάτην τὸ Δία, λιθονοβαλλούμενον ἀπὸ τῆς θείας, ἐδυνέτο τοι καταπιεῖν, i. e. Primum quidem illud, verane hæc sint, quæ de te audimus, te solitum edere liberos ex Rhea tibi nascentes, eam vero, clam subducto Jove, lapidem infantis loco supposuisse, quem tibi dedit devorandum. Hunc vero lapidem, quām ut in pectore ipsius maneret duriorē, Saturnus evomuit: quem deinde Jupiter fertur posuisse in anfractū Parnassi, seu rupe illa & Planicie, in qua urbs & templum Delphicum; Utī canit Hesiodus in Theogonia vers. CCCXCVII.

Πρώτον δοτεῖ ξένους λιθον, πόμαλον καλαπίνων.

Τὸν μὴ Ζεὺς σφέρεται τῷ χθονος ἵψυνδεῖνς

Πυθοῖς ἐν τὴν θείην, γυάλοις τὸν Παρνασσόν,  
Σῆμαντο εἴδη πάντα, θαῦμα τηνίσιον βροτοῖσι.

*Primum vero evomuit lapidem, ultimò devoratum.  
Illum quidem Jupiter firmiter defixit in terram spatiōsam  
Pytho in divina, in anfractu Parnassi,  
Monumentum ut sit in posterum, miraculum mortalibus  
bominibus.*

Longo etiam tempore post βαյτυλον istum eo in loco exstisset  
testatur Pausanias in Phocicis : Ἐπαραβάσις ἡ δύο ίερα μνήμαις,  
λιθοῖς ἵεροις καὶ μηχαναῖς. Εἴσι δὲ οὐλοί δοδώναι τοῦ Κρόνου τὸν λιθον-  
αῖον τοῦ παρθενεῖον καὶ αὖτις μηχαναῖον οὐλὸν τοῦ Κρόνου. Αἴδειον μονumen-  
to cum rursus ascendere incepitis lapidem videoas modice ma-  
gnum. Fama autem tenet esse illum ipsum lapidem, qui datus  
fuerit Saturno pro puerō, quemque postea rursus evomuerit.  
Sed ne longius ab incepto trahamur, volunt alii, inter quos, Jo-  
sephus Scaliger, morem rudes colendi lapides cepisse originem  
ab eo lapide, quem erexit in statuam Patriarcha Jacob in Bethel.  
de quo Genes. XXVIII. v. 18. 19. Nam Jacob lapidem, quem pro  
Cervicali supposuerat capiti, ἵστον οὐλὸν σύντικον. Ut ajunt  
LXX. Vel ut habet textus sacer : וַיָּשֶׁב אֹתָהּ תְּצִיבָה בֵּיתָא  
& vocavit nomen loci Bethel, בֵּית אֱלֹהִים, indeque lapides hu-  
jusmodi βαστύλαι dictos autumant. Quae sententia magis ar-  
ridet, vel ideò, quod (uti habet traditio Judæorum) quam-  
vis consecrationem banc Deus ratam habuerit, (dixit enim ei Ge-  
nes. XXXI. 13. Ego sum Deus ille fortis, Deus Bethelis, ubi unxisti  
statuam) atque ille cippus ab ipso temporibus Patriarcharum a-  
matus fuerit ; postea tamen oderit eum, propterea quod Chana-  
nei DEDVXERVNT ILLVM IN RITVM IDOLOLATRIÆ.  
Ex quibus quid clarius constat, quam quod Chananei ipsum  
facientes Idolon, successu temporis alios quoque lapides extru-  
xerint hujus similes, quos pro diis habuerunt, atque Jacobum  
imitantes in Consecrations etiam unixerunt. Cæterum Bæty-  
los hosce unicac soli Deo Termino non fuisse dedicatos, sed et-  
iam diis diversis apud Phœtium tradit Damascius ; τῶν βαστύλων

~~Αὐτὸν ἀλλοι οἱ ἄλλοι θεοί, Κρόνος, Δίς, Ήλίου, καὶ τοῦτος ἀλλοι, i.e. Batylorum alium alii deo consecratum esse, Saturno, Jovi, Soli, & aliis. Plura de his Batylis vid. apud Zosimum in Aureliano; quibus conf. ea, quæ eruditæ de cultu hujus lapidis notat J. Scaliger animadvers. Eusebian. ad annum MMCXLVIII. p. 188. 189. & 198.~~

Præterea terminos hosce in ipsis terminis seu agrorum finibus, tanquam eorum distinctores, sedem habuisse vox ipsa sat is, ut opinor, ostendit; id quod insuper patet ex Marone, quando canit:

*Nec plura effatus Saxum circumspicit ingens,  
Saxum antiquum ingens, Campo qui forte jacebat  
Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.*

Et Statius lib.V. Thebaid. de eo ita:

*— — rapit ingenti conamine Saxum,  
Quo discretus ager.*

His jungatur Tibullus, de aureo seculo ita loquens:

*Non domus ulla fores habuit, non fixus in agris  
Qui regeret certis finibus, arva, lapis.*

Hæc igitur Saxa ab antiquissimis unde, non tantum in consecrationibus, sed & aliâs; Nam de Batylo lapide, qui in monte Parnasso inveniebatur, Pausanias in Phocitis ait: Τέττα καὶ αἵρεσθαι περιπομπή κατέχειν, καὶ κατά ποτίων εἰσελθεῖν θέασι άργα. Hunc quotidie oleo perfundunt, singulisq; festis lanam in eo ponunt rudent. Hinc etiam (quod in transitu observamus) intelligi potest, cur Plato Homerum è suâ republicâ in aliam civitatem dimittendum, unctum & lana coronatum jubeat educi: cum inquit: Αποπεμπομένη τε ἀπὸ εἰς ἄλλην πόλιν, μύρον καὶ τειχαλῆν κατέχεται. Εἰς δὲ φανερόν. Vera enim ratio, cur Homerum ungi & eiū coronari voluerit Philosophus, hæc à Viro celeberrimo, splendidissimoque Trajectensium ad Rhenum Lumine J. Georgio Gravio, doctore meo, & Patrono magno, in lectionibus suis Hesiodis adducitur: non quod voluerit illum ejici tanquam exuleni hominem infamem, aut civiliter mortuum, quia mortui un-

gebantur, nec propter Poëtarum mollitiem, quam lanae corona significaverit, ut hercle Musarum & Platonis ingratias docuit Andreas Schottus, sed volebat eum dimitti tanquam hominem divinum, dignumque qui ad instar Dei ungeretur, & lana coronaretur, hoc est, divinis afficeretur honoribus. Diis enim & rebus sacerrimis hic honos habebatur. De modo autem terminos ungendi & consecrandi, ita loquitur Siculus Flaccus: *Cum Terminos disponerent, ipsos quidem lapides in solidam terram certos collocabant, proxime ea loca, quibus fossis factis defixuri eos erant. Et unguento, vel amnibusque & coronis eos coronabant. In fossis autem, in quibus posituri eos erant, sacrificio facto, hostiaque immaculata cesa, facibus ardentibus injectis, fossa cooperati sanguinem instillabant, eoque thura & fruges jactabant: Favos quoque & vinum aliaque, quibus consuetudo est terminis sacrum fieri. Consumptisque omnibus dapibus igne, super calentes reliquias lapides conlocabant: atque ita diligenti cura confirmabant; adjectis etiam quibusdam Saxorum fragminibus circumcalcabant, quo firmius starent. Tale ergo sacrificium Domini inter quos fines dirimebantur faciebant. Ex quibus jam allatis videri potest, & ab agrorum possessoribus terminos consecrari, & post unctionem corollis sive fertis floreis coronari; Prius quod attinet, id alio etiam loco idem auctor ostendit his verbis: *Termini in terra collocabantur consecrabanturque, cesa immaculata hostia a Dominis, qui confines agros possidebant. Posterior vero ex adductis satis appetet.**

Coronati ita, atque ornati, unctique Termini tandem diabantur, quos divino honore afficiebant atque venerabantur Gentiles: inter quos praesertim viatores, quippe quibus in via positi religiosam moram objiciebant. Id quod indicat Apulejus Florid. lib.I. *Ut ferme religiosis viantium moris est, cum aliquis lucus, aut aliquis locus sanctus in via oblatus est votum postulare, donum apponere, paulisper assidere: ac statim paulo inferius plura haec habet: neque enim justius religiosam moram viatori objecerit, aut ara floribus redimita, aut speluncae frondibus inumbrata, aut quercus cornibus enceraata, aut fagus pellibus coronata;*

vel enim colliculus sepimine consecratus, vel truncus dolamine effigiatus, vel cespes libamine bumigatus, vel lapis unguine delibutus. Huic jungatur Xenophon itidem affirmans superstitionis hominibus in consuetudine fuisse temere oblatos in via lapides stipitesque venerari, cum ait: Καὶ τές μὲν ἐπ' ιερῶν, ὡς βωμοῖς, ὡς ἀλλα τῷ δεινῷ ὑδάτῃ τιμῶν, τές ἔτι λιθοῖς, καὶ ξύλα τὰ συχόντα, καὶ θυεία στέβαι. Item Propertius:

*Et quicunque sacer, qualis ubique, lapis.*  
 Verum planissima hujus ritus enarratio petenda ab Halicarnasseo; cujus verba in libro secundo haec sunt: Θεοὺς τε γὰρ ἡγέρει τὰς τέρμους, ηδὲ θύεσιν ἀντοῖς ἔτι τὸ μέρος εἰρηνήσαντος. ἐπὶ γὰρ ὅστιν αἰμάτων τὰς λιθούς, πελάνας ἐπὶ Δικτυοῖς καὶ ἄλλας τινας καρπῶν ἀπαρχάς. Hos verò Terminos tanquam agrorum presides (quod Festus affirmit, cum inquit: *Termino sacrificabant, quod in ejus tutela fines agrorum esse putabant.*) venerabantur ideo, quia credebant agriculturam tunc denum sibi fore fructuosam, contra vero quibus cultus divinus foret neglectui, iis omnia adverse successura. Idecirco ait Virgilius:

*Imprimis venerare deos, atque annua magne  
Sacra refer Cereri, letis operitus in herbis.*

Et Horatius lib. III. od. XXIII.

*Calo supinas si tuleris manus  
Nascente luna, rustica Phidile,  
Si thure placaris, & horna  
Fruge lares, avidaque porcas;  
Nec pestilentem sentiet Africum  
Fæcunda vitis, nec sterilem seges  
Rubiginem, aut dulces alumni  
Pomifero grave tempus anno.*

Quamobrem etiam talium sacrorum contemptorem, graviter increpat Apulejus in Apolog. quando inquit: *Nam, ut audio, percensentibus iis, qui istum novêre, nulli Deo adhuc avi supplicavit; nullum templum frequentavit. Si fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratia manum labris admovere.* Iste vero

vero nec Diis rurationis, qui eum pascunt ac vestiunt, segetis ullas  
aut vitis aut gregis primitias impartit. Nullum in villa ejus do-  
lubrum situm, nullus locus, aut lucus consecratus. Et quid ego de  
luco & delubro loquor? negant vidisse se, qui fuere, unum sal-  
tem in finibus ejus aut Lapidem uncum, aut ramum coronatum.  
Ex quo simul loco hoc notare licebit (id quod etiam ex modo  
allegatis Halicarnassei verbis patet) fructuum primitias illis  
diis offerri fuisse solitas, ac eum pro extremae impietatis homi-  
ne habitum fuisse, qui nec agrum suum Deum Terminorum  
fidei vellet committere, nec ipsos in finibus suis erectos pro  
deo colere; quapropter etiam talem, tanquam deorum con-  
temptorem, contumacia evectum supra omnes Mezentios, vo-  
to publico damnabant atque proscribebant. Quo arguento  
subnixus quoque Apulejus, Æmilianum accusatorem impium, &  
terum divinarum derisorem infami elogio judicibus prostituit.  
Denique etiam in honorem Dei Termini dies Festi agebantur.  
quos ab ipso Terminalia vocabant; eaque celebrabantur quot-  
annis XXIII. die Februarii, ut ita annum quoque terminare  
viderentur Termini; Febrarius enim erat Antiquis ultimus anni  
mensis, ac cum intercalaretur de XXVIII. Februarii diebus  
demebantur V. ut remanerent XXIII. Addam Varronis testi-  
monium, quo adhuc magis clarum fiat id quod afferui: Termi-  
nalita, quod is dies anni extremus constitutus, duodecimus enim  
fuit mensis Februarius, & cum intercalatur inferiores quinque  
dies demuntur mense. Sed an semper tamen Terminalia hunc  
in diem inciderint, non affirmaverim, quippe cum mensis Mer-  
kedonius tantum' XXII. dies habuerit, tum Terminalia cele-  
brata Kal. Justi Februarii. Qua de re conf. J. Scaliger de emen-  
dat. tempor. lib. II. pag. m. 176. Terminum vero cum colerent  
non intra tectum statuebant, sed, ut inquit Festus: Quo loco  
colebatur super eum foramen patebat in Tecto, quod nefas esse pu-  
tabant Terminum intra tectum confidere. Quod idem disticho  
sequenti indicat Ovidius II. Fastor.

Nunc quoque se supra ne quid nisi sidera cernat,  
Exiguum templi tecta foramen habent.

Verum

Verum ipso die festo etiam Termino sacrificabant, atque hostiam cædebant, quam *agnam* fuisse indicat Horat. epod. od. II.

*Vel agna festis casa Terminalibus.*

Juvenalis vero Sat, XVI. *pulte ac libo* illi factum fuisse ostendit his versibus :

*Aut sacrum effudit medio de limite saxum.*

*Quod mea cum Vetus coluit puls annua libo.*

Ex quibus verbis & illud observo, summum nefas fuisse, si quis illum Terminum violaret vel moveret loco : maximæ enim improbitatis tales hominem hic arguit Juvenalis ; & id ex fabula, qua credebant, Terminum ne ipsi Jovi quidem voluisse cedere. Ut igitur minus esset periculum profanationis, Termini, ut & alia loca consecrata muris circumsepiebantur, vel aliter notabantur ; saepius etiam Terminis certum agri spatium vel mensura, circum Templa in confiniis constructa, donabatur. Verba Horatii, quæ habet lib. I. sat. VIII. apprime huc facere mihi visa sunt, quippe quæ ostendunt loci publici amplitudinem, latitudinem, ac longitudinem :

*Mille pedes in fronte, trecentos Cippus in agrum  
Heit dabat.*

Rationes vero, cur agrorum possessores certum loci spatium reliquerint Terminis, hic data occasione non omittendas existimavi. Illas enim Aggenus adducit his verbis : *Si enim loca sacra edificabantur, quammaxime apud antiquos in confiniis constituebantur, ubi trium vel quatuor possessionum terminatio conveniret, & unusquisque possessor donabat certum modum sacro illi ex agro suo, & quantum donasset scripto notum faciebat : VT PER DIEM SOLEMNITATIS EORVM PRIVATORVM AGRI NVLEAM MOLESTIAM INCVL-CANTIS POPVLIS SVSTINERENT.* Sed & si quid spatiofius cedebatur *SACERDOTIBVS TEMPLI ILLIVS PROFICIEBAT.* Sed & ex Monumentorum inscriptionibus haberemus varia exempla de pænis seu mulctis pecuniariis statutis

tis contra eos, qui talia sacra violarent; quæ tamen brevitatis amore hic omittimus. Quemadmodum etiam multa adhuc dicenda forent de diris imprecationibus, promulgatis nonnunquam contra talium sacrorum violatores; sed uno tantum exemplo rem demonstrasse nobis sufficerit; habet id Philostratus in Herodis Attici vitâ l.II. de vitis Sophistarum: *Imagines certe ipsorum Venantium, & venatione funeturum, & ad venandum paratorum consecraverat, partim in quercentis, partim in agris, partim super fontibus, partim sub umbris platano-rum; non obscurè, sed cùm imprecationibus ejus qui concideret, aut moveret.* Græca verba sunt: Εἰκόνες γένεν ἀντιθέτων θυμάτων τε, καὶ τε θυραπότων, ταὶ θυραστῶν. Τὰς μὲν δὲ θυμαῖς. Ταὶ δὲ ἐπὶ αὐχένοις. Τὰς δὲ φρόντισταις. Τὰς δὲ, ἵππῳ σκιάσι ταλατάνων, ἢν αἴρων, ἀλλὰ ξών αἴρας τὰ πλευρόφορην κανίσσειν. Ut denique concludam; per hos lapides interdum *Lares viales* intelligi, mihi firmissima est persuasio, eò, quod Lar, Hetrusca vox, denotet *principem & φροσάτλων*, ut docuit Scaliger ad Propertium; unde etiam Lares dicti varii variarum rerum antistites dii; jam verò & hi termini agrorum præsides ac antistites credebantur, & in via ponebantur, unde hos esse *viales*, imò etiā vocari posse *Lares Terminales* non planè ineptum mihi videtur. Præterea etiam Lares viales in agris colebantur, uti & hi lapides. Lares etiam, ut Festus tradit, amplissimis coronis ornabantur, quos ornari bis in anno Augustus instituit, & in Triviis collocabantur non aliter ac Lepides nostri *Terminales*, quos coronatos ac ibidem collocatos fuisse clare innuit Tibullus, ita loquens:

*Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris,  
Seu vetus in trivio florea serta lapis.*

Quod autem in triviis dixit, inde Compitalitia ipsum intellexisse opinor, quæ festa, ut Varro auctor est, Laribus sacra erant. Hinc *compitales* Suetonio dicuntur in Octavii Augusti vitâ; Scribit enim: *Compitales Lares ornare bis in anno instituit, vernis floribus & aestivis.* Deinde Tibullus *Lares agri custodes* appellat hoc disticho:

*Ves.*

*Vos quoque felicis quondam, nunc pauperis agri  
Custodes, fertis munera vestra, Lares.*

Sed vel ex iis quæ superiùs adduxi constat Terminos æque ac  
Lares pro agrorum præsidibus habitos fuisse. Ovid. Fastor.  
lib. II.

*Omnis erit sine te litigiosus ager.*

*Nulla tibi ambicio est, nullo corrumpenis auro.*

*Legitima servas credita rura fide.*

Hinc quoque opinor, in præcedentibus vocantur *Agricola Dei*;  
ita enim Tibull.

— — *Agricola ponitur ante Deo.*

Quinimò & Laribus in Festis Compitalitiis *Agna* hostia cæde-  
batur; ita enim modo allegatus auctor eos affat: —

*Agna cadet vobis: quam circum rustic a pubes*

*Clamet: iomesse, & bona vina date.*

Nimirum ut Agricultura prospere cederet; unde etiam *Agricola*  
*Dei* haud ineptè nuncupantur. Nam & *Agricolæ* & *Ruricoleræ*  
dictos ipsos Deos demonstrat Ovid. Trist. lib. I.

*Et te Ruricola, Lampsafe, tutu Deo.*

An vero hi etiam Græcis dicti fuerint *γόνοις θεοί*; Achilles Sta-  
tius ad Tibullum dubitat, ex veteri hoc lapide:

**N O M I O I S Θ E O I C**

**I O T A I O C**

**M A I O P**

**A N T O N I N O C**

Nunc vero velut è diverticulo, quod tamen Lectori tædio-  
sum adeò non fuisse confidè, in viam redeuntes, ad arborum  
ænctionem pervenimus, has enim & dils consecrabant, & in  
ipsis consecrationibus ungebant. Eligeabant autem ad id ex plu-  
rimis arboribus unam, vel etiam plures ex maximis & antiquis-  
simis, ac quidem tales, quæ illi Deo, cui dedicandæ essent, ma-  
xime propriæ quasi & sanctæ erant: V. G. Jovi sacrabatur *Æ-*  
*sculus*, Plutoni *Cupressus*, Herculi *populus*, Marti *fraxinus*,

F.

Venus

Veneri myrtus, Minervæ olea, Baccho ficus. Sic Laurus Apollini, bono Genio & Aesculapio; Tilia Saturno, & Veneri; Pinus deum matri & Pani &c. Vid. Meursius in Arboreto Sacro. Vngabant autem has arbores certis unguentis vel oleis ad Radices trunci effusis. Hinc Spartanæ Puellæ apud Theocrum Idyllo XVIII. in Helene Epithalamio:

Πρᾶτος ἀγρυπνίας ἐξ ὅλης τοῦ οὐρανοῦ  
Διαχόμεναι, σαζεῦμες τέσσερας αἰθάλειας.

*Prima autem tibi ex argentea Pyxide humidum unguentum.*

*Capentes, stillabimus sub umbrosam Platanum.*

Ex Latinis prodeat Lucanus, similem ritum, non tamē huic in omnibus ἀράλοις, quem inde barbarum appellat, apud Gallos sanguine humano peractum fuisse scribens:

barbara ritu  
Sacra deūm, strūctæ diris altaribus are,  
Omnisque humanis lustrata cruxibus arbos.

Vnctas postmodum has arbores coronis ex variis herbis, floribus & frondibus nexit coronabant, ornabantque: ut ex loco Apuleji superius adducto satis patet. Quod etiam alia, impetratis Poëtarum loca confirmant. Tituli porro his arboribus inscribebantur, ut illis manifestum fieret, cui deo deæque fuerint dedicatae. Quod clare nos docet Apulejus Metam. lib. VI. videt, inquit, dona pretiosa, & laciniæ auro literatas ramis arborum postibusque suffixa; que cum gratia facti, nomen deæ, cui fuerant dicata testabantur. Tales quoque titulos in consecrata ilice in vaticano scriptos fuisse indicat Plinius l. XVI. cap. XLIV. cum de illa hæc scribit: *Vetusior urbe fuit Ilex in vaticano: in qua titulus areis liceris Hetruscis religione jam cum dignam significabat.* Ex Græcis etiam hanc ritum tangit modo allegatus Theocritus l. c.

Γράμματα δέ τοι φλοιος, γυρράφειος (οι πασσών τοις  
Δρεπούσι) Δωρειστι, Σιγε μιν. Ελίως φύλος εἴμι.

*Littera autem in cortice scribentur, ut prateriens aliquis  
Perlegat) Doricē, venerare me; Helena planta sum.*

Sed & his plura superaddere minimè necessarium duco, quia  
vel ex illis quæ hactenus apposui, unguentorum usum in sacris  
B. Lector abundè assequi poterit. Igitur ut ad reliquā pedem  
proferamus, ordine semel nobis propohtio jubarur.

## CAPVT III.

DE

### VNCTIONIBVS GENTILIVM NON SACRIS.

*Personæ ungentes. Alipta. Alipea in balneis.  
Aliptarum varia officia. Fatrapipt. Capsarii. Varii.  
Cinerariai. Cinistones. Vnde dicti. Calamistrum.  
Cinistones ab Ornatrixibus diversi. Cinistones alii,  
ali Cinerarii. Cinerarii unde dicti? Ornatrixes An-  
cilla. Kouphreja. Pseca. Ψκάζη. Myrobrecbaris.  
Plecsa. Picatrices. Ornatores Galcarii. Pollincto-  
res. Pollingere. Vespillones, Vstores. Vspellio. Vir-  
gines ungebantur oleo simplici. Myrrha & Stachys  
non Unguenta. Palastre cur λυτραῖ; Athleta, Pa-  
lastrite, Xystici. Xystus. Ceroma. Palastrite cur  
uncti? Apbē. Conisterium. Ancillæ vnde. Athleta an-  
nudi? Δρόμοις. Palladis banus apud Scatiū. Di-  
pites uncti. Hospites uncti. Ancilla ungendi officio  
functa. Balneares. Magi inungebantur. Χείρα  
μηνεγεπέρον. Verbenaca. Ιερὶ Βοτάνῃ. Sagmina.  
Singulis membris sua accommodata unguenta. Myra-  
teus color. Color ἡ τιμίπη. Crines fædere pœna*

loco ap. Romanos. Vascalis unguentariis potabane.  
 Vinum Nardinum. Vnguenta vino admiscebant. Ci-  
 bis unguenta admixta. Vnguenta Veneri propria.  
 Belum. Discerniculum. Calamistratorium. Rutulus  
 capillus commendatus a veteribus. Cinere rutila-  
 bant capillos. Sapo Gallicus. Batavi Auricomii, Ruffi.  
 Spuma Cattica. Caustica spuma. Pila Mattiaca.  
 Sapocur berba dicatur ap. Ovidium. Thapsus. Χε-  
 σόζουλον. Θαύλη γυν. Fucus. Rubriceta. Sandyx.  
 Cerassa. Jus Collyricum. Offa. Differentia inter  
 κατάπλασματα & Κιγκατα. Melinum. Στίχη. Bri-  
 tanni cur Carulei. Idem cur picti. Britanni unde  
 dicti. Isatum. Glastum. Face peruncti. Pedes un-  
 gebant viatores. In Nuptiis ungebantur. In latitia  
 ungebansur. In calamitatibus pulvere crines colli-  
 nebant. Diebus Festis ungebantur. In computatio-  
 nibus. Pocillatores servi. Ad Cyathos. In coru-  
 ncti. Ante epulas. Inter epulas. Corona in coru-  
 nctis. Apium cur admixtum Coronis convivalibus?  
 Avicula coronis alligata. In Balneis ungebantur.  
 Vnctorium. Vnctiones siccæ. Εγγέλαιφεν. Infolia-  
 tio. Strigiles. Βύσπ. Distringa. Strigmenta. Εγγ.  
 davera uncta. Amomia. Momia. Mumia. Offa mor-  
 tuorum uncta & cineres. Vnguenta in rogos conje-  
 sta. Αγγειorum in ungendis mortuis mos. Ηε-  
 sbiopum mortuos condendi mos. Moris bujus origo.  
 Postes adiūcū inungendi mos. Lucernas emungendi  
 mos. Sandalia. Maliba. Cedro perungebantur  
 libri.

**H**is igitur hucusque explicatis, jam tempus est, ut examinemus ulterius, quosnam ritus in profanisunctionibus observaverint veteres. Vbi primo consideremus personas ungentes, quæ in diversisunctionibus diversæ quoque fuerunt; sic Athletas suos *Aliptas* habuissè, notum est omnibus, Alipta enim  $\delta\pi\omega\tau\alpha\pi\phi\eta$  est unctor, qui in Gymnasiis Palæstritas inungebat, quemadmodum hanc vocem omnes fere Grammatici interpretantur. Verum Aliptas solum Athletarum & non etiam aliorum unctores fuisset, pro certo non affirmaverim; Legimus enim apud Juvenal. Sat. VI. in Balneis quoque inveniri Aliptas, qui feminas ungebant, quamobrem potius universale id nomen esse opinor, ad omnes unctores se extendens. Præcipue autem à scriptoribus pro luctatorum unctoribus accipiuntur; non tamen id solum aliptarum munus fuit, sed insuper in valetudinis conservatione & virium amplificatione occupati erant, simul & coloris habebant rationem, quæ omnia procurabantur non solum unctione, sed etiam ratione exercendi, quam *Gymnasta* prescribebant. Ideo scribit Cicero lib. I. ad famil. epist. IX. *Sed vellem non solum salutis mea, quemadmodum medici, sed etiam ut Alipta virium & coloris habere rationem voluissent.* Et Celsius lib. I.c.I. *Sanus homo, qui & bene valet, & sua sponte est, nullus obligare se legibus debet, ac neque medico neque alipta egere.* Hinc quod valetudo ipsius curæ fuit, *tat* Aliptæ dicti queunt, quia illorum officium ex unctore & medico conflatum & mixtum erat. Vel potius juxta alios inter qtos etiam Plinius lib. XXIX. cap. I. ita dicebantur, quia erant unctores medicorum, & mediaстini eorum, servique; (Nam ungendi officio plerumque servi sunt) ita enim scribit: *Prodicus Selymbrius natus discipulus ejus instituens quam vocant jatralipticen, unctoribus quoque medicorum, & mediaстinti vestigalia inventit.* Hac igitur, (quia prælettim ponitur pro Athletarum unctore) est ratio, ut inquit Vossius, *cur, ut Palastra sape ponitur pro Gymnasio, cuius alioqui pars erat, sic quoque Aliptes interdum accipiatur pro gymnasta, quanquam si vocem spectes, tantum partem munieris signet.* Sic usus Epictetus Dissertat.

**XXIV.** lib. I. οὐαὶ εἰπεῖσθαι πειστοῖς, μέρινσο, ὅτι θεοὶ τοῦτοι αἴσθησον τοιχεῖν τετρίστην βίβλουν, *cum periculum ingruit, cogitare,* Deum te. *Lanista* *inſtar aut Gymnaſta* *cum acri juvene commiſſe.*

In Balneis etiam unctores inveniebantur, quos appella-  
bant *Capsarios*. Hienim fricant & ungunt, si vera sunt, quae  
seribit vetus scholiastes in Sat. III. Juven. *Guttus ab eo, quia gut-*  
*tum mittit, quos habent Capsarii.* Alioqui Capsarii dicti, qui  
mercede conducti uestes in balneis fuscipiebant. Firmandæ hu-  
jus rei adduco verba Epiphani lib. II. φω̄την γδ̄ φασι τὰς τοιά-  
τις τὰς ἀνθρώπινας ἔστι φωλιές Εἰ σπηλουχαὶ ἐν ἡπακάρισι  
δικοδιμοὶδούσι. Εν ᾧ τοῖς ἔξειναι εἰμασθέντας εἰσὶ τοις φρόντας οἱ  
παῖδες καρφοφοίων ὑπὲντελῶν διδοταῖς μετων. Similiter ita voca-  
bantur, qui pueros in scholam euntes sequebantur, portantes  
Capsam librariam. Quod comprobant hæc verba Juvenalis  
Sat. X.

*Quoquis adhuc uno partam celis affe Minervam,  
Quem sequitur cufas iugula vernata capsa.*

Hac voce utitur Suetonius in Nerone cap. XXXVI. Constat quo-  
dam cum pedagogis & capsariis uno prandio pariter necatos.

Quod ad feminas attinet, & illas certis unctoribus usas  
fuisse constat: inter eos occurruunt *Cinerarii*, quos non viro-  
rum, sed mulierum servos fuisse notissimum est: idem sunt, ut  
volunt quidam, qui *Ciniflones* alias dicebantur; *Ciniflo* autem,  
ut in Glossis exponitur, εμπλέκεται, γυναικῶν κοσμήσις. Item *Cini-*  
*flones, ornatices.* Verum heic ciniflonem cum ornatrice con-  
fundere glossæ videntur: mea autem opinio est, longe aliud *Ci-*  
*niflonum* fuisse munus, quam ornaticum. Si enim vim vocis  
spectamus, res erit aperta. *Ciniflo* dictus, quia in cineres fla-  
ret, ad calefaciendum ferrum, quo capillos crispant; quod in-  
strumentum Varro IV. de L.L. *calamistrum* vocat, unde etiam  
*calamistrati juvenes.* Exponit hoc Acron ad Horat. I. Sat. II.  
(quem locum, licet jam ab aliis observatum, nobis quoque hu-  
reponere visum fuit) ubi sic ille: *Ciniflones & Cinerarii eadem*

*sign*

significatione apud veteres dicebantur ab officio calamistrorum, qui acus & veruta flando in cinere calefaciebant, quibus matronae crines crispabant. Ejus & Virgilius meminit inquiens: vibratos calido ferro. Hæc Acro. Ergo ornatrices erunt, quæ compo-  
suere capillum, Cinistones vero, qui acus calefactas submini-  
strarunt ornaticibus. Sic meo quidem judicio etiam Cinerarii  
à Cinistibus distinguendi, Cinerariorum enim ministri erant  
Cinistones æque ac ornaticum. Dictos autem puto Cinerarii,  
non (ut habet Varro lib. IV. de L.L. qui *Calamistros Cale-  
factos in cinere ministrabat, à cinere cinerarius est appellatus*) à  
calefaciendis in cinere Calamistris, quod potius Cinistoni con-  
venit, sed quodd Capillos cinere rutilarent. De quibus infra a-  
getur. Et sic recte Cinerarium *δύλον ἐραπες* glossæ exponunt.  
Occurrit vox in veteri monumento in D. Pauli æde: Ad pri-  
mum ab urbe lapidem, viâ Ostiensi

T. CLAVDIUS  
ZOSIMVS. FECIT  
LICINIAE. PRISCAE. MAMM  
CLAVDIAE ..... ROSHODO. SOR  
MASSA... CVM. CINERARIO  
ET. TI. CLAVDIO. VERECVN  
DO. PATRONO. ET. SIBI  
ET. SVIS. POSTERISQ. EORVM  
LONG. PED. VI. LAT. PED. VI.

Præterea aliæ peculiares ornatrices Ancillæ inveniebantur  
apud Veteres. Quod indicat Joh. à Wouweren ad illa Petronii:  
*Dic Chrysis nunquid incompta sum?* Nam puellas, inquit, ba-  
buerunt in ministerio, tum ornatrices, tum quia velut à consilio  
formæ. Quod alicubi stringit Hieron. *Crines disponebant An-  
cille.* Et hæ edocæ erant à certis magistris ad hoc ministerium,  
velut ad artificium, ut tradit Pignorius. Id autem artificium qua-  
te esset, describit nobis Manilius partim lib. V. partim alibi:

*Illi cura sui vultus, frontisque decore  
Semper erit, tortosque in flexum panere crines,  
Aut nodis revocare, & rursus vertice denso  
Fingere, & appositis caput immutare capillis.*

Et graphicè illud depingit Tertullianus libello de cultu fæmin.  
*Quid crinibus vestris quiescere non licet modo substreditis, modo  
relaxatis; modo suscitatis, modo elisis? alia gestiunt in Cincinnis  
coercere, alia ut vagi & volucres elabantur, non bona simplicitate.  
Affigitis preterea nescio quas enormitates sutilium atque  
textilium capillamentorum, nunc in Galeri modum, quasi vagi-  
nam capitum, & operculum verticis, nunc in cervicem retro sugge-  
stum &c. Hæ verò ornatrices ab officio cognomen accepere,  
quia earum officium erat ornare capillos; sic & Græcis ab offi-  
cio κομμάτεια dicebantur, Hesychio teste: κομμάτεια κομμά-  
τα τὰς τείχας. Hinc juvenalis Sat. VI.*

— — — ponunt  
Cosmetæ tunicas.

Ubi tamen vetus interpres eos intelligi dicit, qui ornamentijs  
præsunt, non verò ornatrices. Ergo propriæ illæ Ornatrixes  
erant, quæ crines disponebant; quarum meminit Suetonius in  
Claudii vitâ, cap. XL. *Hec matru mea ornatrix fuit.* Et vetus  
inscriptio : CINERIBVS. HAMILLAE. ALPIONIAE.  
QVINTAE. ORNATRICI. FESTVS. M. SEPTIMI. GAL-  
LI. DISPEN. CONTVBERNALI. B. M. F. Item alia in  
Musæo Carp. O'SSA. JVLIAE. ¶ LIVIAE. ¶ AVGr AVRI-  
CLÆ. ORNATRIX. Juvenalis (ut inquit Scholiafest) talæ  
ornatrici nomen *Psecas* ab arte imposuit. Extat locus Sat. VI.

*Componit crinem laceratus ipsa capillis*

*Nuda humeros Psecas infelix.*

*Quid Psecas admisit? quanam est hic culpa puella?*

Ψεκάζου verò dicunt Græci, quando minutum sive rarum pluit;  
idem igitur est ac irrorare, stillare, conßergere. Nam ornatri-  
ces paucium irrorare aquæ solebant ad compositionem crinium,  
ac sic veluti Ψεκάζου. Ut est apud Interpretem. Lautiorum tan-

men

men capillis aqua loco balsamum instillabatur, & ita interpretor de guttis Arabicis Apuleji verba, quibus capillos obungat scribit lib. II. metam. Itaque etiam Psecæ erunt, quos Plautus myrobrecharios i. e. unguentum pluentes vel stillantes appellat Aulul. act. III. scen. V. quemadmodum hanc vett. editionum lectio retinuit Meursius. Martialis autem Ornaticibus nomen *Pleca* tribuit lib. II. ep. LXVI.

*Et cecidit sectis ista Plecusa comis.*

Eadem ratione, nempe à οὐλήψει; quia sciret posse variare comas, & ponere compositas in statione comas, ut canit Ovidius. Et quæ dominæ caput & capillos, ut arte jacerent, curaret, concinnaretque. Sic etiam observamus apud Apulejum lib. XI. metam. inter turbulas Pompam Isidis prosequentes mulieres, que pectines eburneos ferentes gestu brachiorum, flexuque digitorum ornatum atque oppexum crinium regalium fingarent. Tandem fæminarum comtricum ordini etiam adscensere licet Picatrices; quæ pilorum segetem succrescentem resinis & pice demunt. Item, ut habet inscriptio vetus, ORNATORES GLABRARII, nisi hic est ζφάλημα graphicum, pro GALEARII, illi enim domino vel dominæ in modum Galeæ galeri capitis suggestum curabant; id quod Galli suo idiotismo *perrugam* dicunt, qua de te haud dubie juvenal. Sat. VI.

*Et nigrum flavo crinem absconde Galero.*

Hæc de Psecade, quâ muliebre officium denotat. Reliquum est, ut de personis, quæ defunctos ungere solebant, aliquid etiam in medium proferamus. Apud Ægyptios certos homines ad id manus constitutos fuisse Herodotus refert: ἐπεὶ δὲ τῷ πόνῳ, τὸ εἰ πῶ ταῖχιστον κομίζονται διὰ δὲ ἐπ' αὐτῷ τέτον καλία. Καὶ τὴν τέχνην ταῦτα, i. e. Hæc attis ita demum ad condiendum portant. Sunt autem certi ad hoc ipsum constituti, qui hoc artificium factitant. Inter Latinos vero, qui funera procurabant, ac odoribus unguentisque mortuorum corpora obliniendi ministerio fungebantur, Pollinatores dicebantur; cur verò & unde, necdum inter doctos convenit. Quidam volunt pollinatores sic dici, quasi pollutos ungere.

Sane apud Fulgentium legimus; *Pollinctor* quasi pollutorum, id est, *cadaverum unctor*. Nam pollutos vocat mortuos, quae Flaminii Diali non licebat tangere, ne se se attaminaret, quod videmus ex Massurii Sabini verbis, quae extant apud Gellium, lib. X. c. XV. *Locum in quo bustum est, nunquam ingreditur Mortuum nunquam attingit.* Funus tamen exsequi non est religio. Franciscus Junius autem format à *Palincio seu Polinco*: vel potius à *Polingo*, quod idem esset ac *poliens ideo*; polire autem est curare ac colere, ut *polire agros* Ennius dixit apud Nonnum. Turnebus lib. XXVIII. c. XXXI. quasi pellis unctorem dici putat. Ejus verba hic apponam: *Pollinctor à pelle, ut opinor, ungenda ficto vocabulo, quasi pellis unctor.* Et paulo post: *Verum tamen affirmo, quod in mixtis vetustis monumentis Pollinctor reperitur, E autem & O non raro tradunt operas mutuas, & in alternas sedes subeunt.* Denique Servius ad IX. Æneid. Pollinctores dictos scribit, quod mortui os polline oblinebant, ne livor exticti appareret. In tanta igitur opinionum diversitate Vossii est sententia, quod, si hanc vocem de ligatione atque involutione intellexeris, posset esse à *Perligo*, ut proprie de eo dicatur, qui aliquem ligat & involuit ἐπιφοίς sc. ἀστροῖς fasciis sepulcralibus, si vero proprie hoc verbum de unctione dici placeat, à *Perlino*. Quomodo autem inde formari queat hæc vox, docet in Etymologico. Multa quoque ad hanc rem notant J. Kirchman. de funer. Roman. P. Colvius ad Florid. Apuleji, & alij. Ut ut sit: Pollinctores dicebant veteres, qui funera procurabant, corpusque mortui lavabant, ungebantque, quod comprobant hæc verba Augustini lib. I. locution. Tom. III. Pollinctor, qui id agit, quod exhibetur corporibus humandis, vel condendo vel siccando, vel involvendo & alligando; in quo opere maxime Ægyptiorum cura excellit. Est & in vett. Glossis: *Pollinctor, ἐπιφοίς, & pollingere θεισθέντα, νερῷ σπονδοκεῖν, ὀπλα- φίαζεν.* Talis (ut id attingam) igitur fuit Pollinctrix Maria, quæ Salvatorem ante passionem unxit unguento pretiosissimo. Christus enim ipse id nomen illi dedit Joh. XII. 3. Nam cum mu-  
ner præstantissimo Nardo Jesu pedes unxisset, obo murmuranti

Jude

Jude dixit: *Sine eam, eis nō nūpar ἔλαφισμū in diem pollinctorū meā servavīt illud.* Et Marc.XIV. 8. *Hec quod poruit fecit: Occupavit enim ungere meum corpus eis τὸ ἔλαφισμόν ad Pollinctoriam.* Hāc Pollinctoris voce usus Martialis lib. X. ep. XCVII.

*Jam scrobe, jam lecto, jam Pollinctorē parato.*

Et Plautus in Pænuli Prologo:

*Nam mibi pollinctor dixit, qui cum pollinxerat.*

Adi & Apulejum lib.III. Florid. Erant autem servi *Libilitinariorum*, (à Libitinā Deā, in cuius fano instrumenta funebria, & cuncta funeri necessaria venibant, sic dictorum) quippe quorum conditio honestior erat, quoniam & pollinctoribus præerant, & cum illis de sumptibus quos funeri impendi volebant transigebatur. *Pollinctorum verò, præficularum, & vespillonum operā* deinde administrabant, quæcumque ad exsequiarum apparatum pertinerent. *Vespillones* autem à Pollinctoribus erant diversi, quanquam Pollinctorem pro Vespillone & hunc pro illo positum invenias. Sic de vespillonibus loquitur hic Sidonii locutus lib. III. ep. XIII. *Moxq[ue] sidente strue torrem devolutum reddere Pyre fastidiosus pollinctor exhorret.* Nam propriæ vespillonum munus erat, cum Pollinctores cadavera lavassent, unxiissent, & coronassent, illa efferre, incendere, ac sepelire, unde & *ustores* vocat Catullus ep. LX. de Rufa & Rufulo:

*Ab semiraso tunderetur ustore.*

Et Martialis lib.III. ep. XCIII. in *Vetusillam*:

*Ustorque tedas preferat nova nuptia.*

Turnebus lib. XIV. c.III. scribit in antiquo lexico se reperisse: *Vespillonem esse sepulcrorum violatorem, quém Greci τυρεύων χοῖ vocant: Quòd intelligitur per antiphrasin, quasi non sepeliat, sed nudet, & in Latino Graco Lexico vispellionem, & vespillonem: Ubi etiam exponitur ille νεκροθάπτης, hic νεκροφόρος.* Ita ut ille funerator sit, hic cadavera portet. Sed revertamur ad Pollinctorem, quem Ulpianus aperte scribit fuisse Libitinariorum servum lib. V. ff. de inst. Action. *Si Libitinarius, quos Graeci νεκροθάπτας vocant, servum Pollinctorē habuerit, isque mor-*

*euum spoliaverit, &c.* Sed ne longior sim, hæc de unctoribus sufficient. Nunc ad personas & res unctas me convertam.

Hic primò sese offerunt Virgines, ex quibus tamen honestiores olim abstinuisse videntur ab unguentis, & solo oleo se unxitisse: Sic Dianam apud Callimachum, sic quoque Palladem Unguenta & Alabastros respuisse legimus, utpote cuius Divæ incorrupta omnia & virginalia erant, adeò ut oleo etiam incomixto statuas ejus inungi opus esset:

Μη μύρα λατροχόδοι τῷ Παλλάδῳ, μηδὲ ἀλαζόνες

(Οὐ γέ Αἴγαια χείματα μηκὰ φιλεῖ)

Οἰστοί, μηδὲ κατέπλιξε &c.

Licitum tamen erat myrrâ seu stacte & simplici oleo, sive unius plantæ aliasque rei pinguedine illas ungi: talia enim, ut superior ostendimus, non accensebantur unguentis, quippe quæ mixta erant è multis odoribus, itaque nec myrrha nec stacte propriè unguenta sunt, de quibus igitur illa recte distinguit Varro lib.V. de L.L. & Plinius lib.XIII.c.L quod ipsum quoque facit Theophrastus in scripto de odoribus: Εἴ τὸ σμύρνιν κοπιόμενόν ἔλασιον ἤσι. Στεφᾶνος δὲ καλεῖται, οἷον τὸ μυρύν ταῦτα. Οὐδὲν μόνον τινὲς Φαστοὶ ἀπλούσιον οὔτε ἀσωθεῖσιν τὸ μύρων, τὰ δὲ ἄλλα ταῦτα ταύθεια, πλὴν τὰ μόνη ἐκ πλειστῶν, τὰ δὲ οὐκέτι ἐλαττόνων. Eundem etiam morem, quô nempe virgines simplici oleo, mulieres vesto unguentis ungerentur, apud Persas viguisse, satis perspicue videre est ex loco Estheræ c.II.12. Quæ, antequam Regi ruberet, ungenda Eunuchis traditur, per sex quidem menses myrrâ tanquam virgo, per sex vero alios sequentes aromatis, & unguentis muliebribus, veluti Regis sponsa Regiq; nuptura. Verba in sacro codice ita leguntur:

לכז אל המלך אחשורוש פקץ הירוח לה כורח  
הנשיות שנים עשר חרש כי כן ומלאו ימי טורקיהו  
שרה חריש בשם המלך ושרה חריש  
בבשיט ובתמורקי הנשיות: Quæ rectissimè ita reddiderunt LXX: οὐδὲ οὐδὲ καρπὸς πορεσία εἰσελθεῖν φέρει τὸ βασιλεῖον, αὐτοπληρώσει μῆτρας θεοπατέρα. Οὐδέποτε γε τὸ Γαμωντας αὐτὸν

τὸν θερμότατον. Μῆνας ἔξι ἀλευρομάταις ἐπὶ σμυρτῷ ἥλαιῳ, τῷ μῆνας Ἅρη  
ἐπὶ τοῖς ἀργύραισι & ἐπὶ τοῖς σμύραισι τῷ γυαλικῷ.

Verum missis virginibus, Gymnasia Palæstræ ingressuri, videbimus juvenes oleo nictentes violentis brachiis luctâ sese exercentes. Hinc Græci Palæstras λιπαρὰς nominant, id est pine gues & oleo nictandas, quia eo ungebantur dimicaturi, ita Theocriti Scholiafestes: Διπαρὰν ἡ λίπη παλαιστραν, ἐπεὶ οἱ παλαιστες ὥλαιῳ φρότερον ἡλεῖφον, εἰτὲ ἵπταισον, qui mos à Lacedæmoniis originem sumvit, ut legimus in Thucydide. Hujus autem moris ratio extat apud Clement. Alexand. Pædag. lib. II. c. VIII. Καὶ τὸ ἥλαιον αὐτὸν ἡ μιλτίδαις, καὶ τοῖς ἐπὶ τόμοις θεῖ παλίμων ζάσις. Αρθρῶπαν ἡ, τοὺς μὲν ἀποτελεῖ, ἕστι ἡ, τοὺς εἰς μάχην ἤζεισαντας. Καὶ τοὺς φρότερον φίλις ἀλητιμένις τοῦ ἐπὶ τοῖς σαδιοῖς ἐπέτητε εἰς τὸ στρωνιας πόμπεον. Hi vero Luctatores Athlete, Palæstrites, vel etiam Xystici apud Suetonium in vita Octavii cap. XLV. & Galbae cap. XV. nominabantur, à Xysto, qui coopertus erat, & in quo hyeme exercebantur: qui tamen Xystus diversus erat ab eo Xysto ambulatione sive arena apertâ, in qua sub dio sese exercebant, & quam, quia undique circumcursari posset, inde οὐδειρομίδα nuncupabant. Utclare id indicat Vitruvius lib. V. c. XI. Oleo quo hi Luctatores utebantur terram immisscebant, aut, juxta alios, fiebat id unguentum subacta oleo cera, cui rurus alii addunt pulverem Ægyptium seu Puteolanum. Quamobrem etiam talis compositio deinde Ceroma denominata fuit, qua voce usus Martialis, lib. IV. ep. XIX.

### Seu lentum Ceroma teris

Quod tamen Græci deinde in Luxuriam vertentes, rebus odoriferis miscebant, ut ait Plinius, vilioribus tamen & minoris pretiis. Erat etiam Ceroma locus Palæstræ aut Gymnashi, in quo ceromate perungebantur. Id oleum Anacharsis (ut in ejus vita refert Diogenes Laërtius) μανίας Φύρμακον ἔλεγε, διὰ τὸ ἀλευρομήνας τὰς αὐθαίρετας θηραμάτως ἀλισσοῖς. Idem vero non tantum oleum, sed & ipsam actionem desipientium esse dixit apud Lucianum in scripto de Gymnasiis, his verbis: οἵ ἔμοιγε μανία

πάντοις ιεραῖς δόξαι τὸ πρᾶγμα, ἐν τοῖς οὖσι, ἀπόδοσις πλακάτων  
οὐ μέν, ὡς Ἀριστοτέλης εἰς ταῦτα σχετεῖ, i.e. Nam hec actio mihi  
bi potius videtur esse insania: neque me quisquam ab hac senten-  
tia dimoveat, hos qui ista faciunt, despere. In quibus tamen  
durior paulò contra Græcam juventutem est Anacharsis. Sa-  
nè uti Aristoteles Politicorum lib.VIII. docet, teneri puelli in  
hasce Palæstræ mitti debebant, ut validiores, ac robustiores,  
inde egredierentur, hæc enim res ἀρχὺς μητρὸς ἵππου τοῖς εὐ-  
μανοῖς, vigorem hanc exiguum corporibus adfert, ut inquit Lu-  
cianus de Gymnasiis. Hinc etiam neque Plato reprobavit,  
quod vel ipsæ virgines currendo atque luctando sese exercita-  
rent, quin non solum puellis junioribus id permisit, sed & fa-  
minas etiam maturas cum hominibus luctari voluit, quod ipsum  
etiam nobis indicat Xenophon in Lacedæmoniorum Politia,  
scribens Lycurgi decretum fuisse ut feminæ liberæ (dum liberis  
gignendis vacarent) luctâ violentâ & cursibus, sicut masculi,  
corpora exercitarent, ut horum laborum tolerantiâ gravioreâ  
quoque adire discerent. Quod vero corpus oleo fricaverint,  
quorundam sententia est, id factum fuisse, quia oleum inservit  
nervis & membris fortificandis, reddens ea mollia, atque vim  
& vigorem adferens; quod aperit Plinius his verbis: *Duo sunt  
tiquores corporibus humanis gratissimi, intus vini, foris olei, ar-  
borum ē genere ambo precipui, sed olei necessarius.* Aliis tamen  
placet id factum fuisse, ut Palæstritarum corpus lubricum ma-  
gis redderetur, utque difficilius per brachia prehenderentur,  
quod tangit Lucianus in libello de Gymnasiis; cum Anachar-  
sin Scytham ita loquentem inducit: Εἴς ιδρῶσι ἄμφα πολλῷ γέλω-  
ται οὐοὶ γῆρας παρέχεσθαι, ὥσπερ δὲ ἔχειντες ἐν τῇ χειρὶ διολισθή-  
τορες. Mihī risum pariunt, quod sudore multo perfusi velut an-  
guillæ ē manibus elabuntur. Ut verò etiam nimiam Lubricità-  
tem impedirent, ac prehensiones facerent firmiores, mos fuit  
corpus aspergi pulvere quodam aut arenula Aphè dicta, quam  
xovispa sive Coniferium illis suppeditabat. (Ita autem locum  
vocabant, ubi pulvis asservabatur) quod lubricitatis arcendæ er-  
go antiquos fecisse, clare nos docet Lucianus l.c. Καὶ δύοτε ξένοις.

πάτιον τὸν κόρην ἀλεκτυόνων δίκαιον, ὃς ἀφικέτηρος εἶναι ἐν τῷ συρ-  
πλοκαὶ δίμαι, τὸν θύμηριν τὸν ὄλιθον ἀφαρέσσει, καὶ βεβαδίζει τὸν ξυρα-  
παρεχόντος τὸν ἀστίληντιν, i. e. *Ipsique ultro Gallorum instar pulve-  
rem aspergunt, quominus ut puto in complexibus effugiant, arena  
demente lubricitatem, & firmorem in arido prebente compre-  
hensionem.* Attamen id etiam fecisse videntur, ut corporis  
vigorem juvarent, quod nobis suggerit Lucanus, de pugna  
Herculis & Antei verba faciens:

*Auxilium nervis calidas infundit arenas.*

Hujus vero pulveris tantopere curiosi fuerunt veteres, ut ex Aegypto eum asportari curarent, ita enim Tranquillus refert, Neronem Cæsarem tempore famis publicæ navem illo onustam pro sua aulæ athletis venire jussisse. Ex hac quoque pulveris aspersione lucem haurit illud proverbium inter Græcos: *ἀκούσι  
νικᾶν, i. e. vittoriam obtinere absque molestia, pugna, ac sudore;* quod apud Pausaniam legitimus, qui Dioreum Athletam in Olympiis victoriam *ἀκούσι* abstulisse scribit, id est, cum illi nemo se ad pugnam obtulisset. Eleganter ad hunc morem alludit Tertull. de Pallio: *Studia Palaestra male senescentia, & lutea un-  
etio, & pulvere a volutatio.* Et Apulejus lib. IX. metam. haec ha-  
bet: *In modum pugilum, qui pulvisculo persparsi dimicant.* Item Ovidius lib. IX. in congressu Herculis & Acheloi:

— — — *tenuique à pectore varas*

*In statione manus; & pugna membra paravi.*

*Ille cavis hausto spargit me pulvere palmis;*

*Inque vicem fulve jaetū flavescit arene.*

Pulverulenti vero & lassi campestribus exercitiis sudorem, pul-  
verem, atque odorem oleivicino Tiberi inter Romanos natan-  
tes abluebant, & ideo illos ludos in campo Martio celebrabant,  
quod is Tiberi vicinus esset. Cui rei assentit Vegetius lib. I.  
c. X. *Romani campum Martium vicinum Tiberi delegerunt, in  
quo juvenes post exercitium armorum sudorem pulveremque di-  
luerent, ac lassitudinem, cursusque laborem natando deponerent.*  
Hinc factum, quod Horatius campum Martium cum Tiberi  
conjugat, ac de utroque lib. III. od. VII. ita loquatur:

*Quamvis non alius flectere equum sciens  
Aequa conspicitur gramine Martio:  
Nos quisquam citus aequa  
Tusco denat at alveo.*

Sed tamen etiam nonnulli, postquam sese exeruerint, ad Balneia pergebant, non semper expertentes flumina. Sic apud Plautum in Stich. legimus: *Postea ibo lavatum à pilâ.* Et Martial. in Apophor. CLXI.

*Redde pilam, sonat as thermarum.*

De Græcis id videre est in Luciani Lexiph. hæc habentis: Εἴτε σωματεῖσις, ή ἀλλές καταράσσεται, η ἐμπαχεῖσθαι τοῖς Γυμνασίοις, ιγὸς μὲν, καὶ οἰλινῷ τοτῇ θερμῇ πούρῳ καλαυρῶσίντες, εἶχενδρόν. Sed dum de Athletis verba facimus in transitu Quæstiunculam leviter attingendam duxi, An nempe cum certarent omnino nudis essent? Sunt quibus id non placet, & maxima quidem ex parte nudos fuisse dicunt, reliqua tamen membra velamento texisse. Nobis vero in contrariam partem satis argumento est, quod & Augustus Cæsar vetuerit, ne fæminæ istiusmodi spectaculis interessent; & Thucydides I. I. auctor sit, olim quidem Athletas fibulatis campestribus certasse, suo tamen ævo nudos: & hanc veterem modestiam servari in Asia. Plura de Athletis vide sis apud Lucianum ἐπὶ Γυμνασίον, ac in ejusdem Hermotimo, Isidor. orig. lib. XV. c. II. & Hieron. Mercuriale lib. de arte Gymnastica.

Verum ad aliud Athletarum gentis, quos Græci δρομεῖς, i.e. *Cursores* nominarunt, pergitus, qui m. inungi solebant, id quod in Agonisticis ex scholia Aristophanis pridem notavit Petrus Faber lib. II. semest. c. XXII. verba sunt editionis puperrime: Διὰ τὸ πάντα αὐθωπον κεκλιμένον ἐλάσσας αἰρακάζεις μέρος τι παρίχθεται τὰ παραθίνατα. Κέραμον γέλασις ἐλάμβανον οἱ πακόντες, ἐπερύτεντος τοῖς γυμνασίοις δίηδρον. οὐδὲ τὸ λινὸν τοῖς ασπυμένοις αἰλεψαμένοις τοῖς ἡλιῷ πρίχθετο. Nonnulli tamen autem hunc locum nequam hoc sensu capiendum esse, sed potius antiquitus morem fuisse, ut ante Luctam pugiles uncti in sole discurrerent. Mea quidem sententia omnino de cursoribus interpretari possimus hunc

hunc locum, quod clarus liquet ex Papinii Thebaid. lib. VI. de  
cursibus ita canentis:

— *tunc Palladios non inscius haustus  
Incubuit, pinguique cutem fuscatur olivo.*

*Hoc Idae, hoc more Dymas, aliisque nitescunt.*

Quo in loco per Palladias haustus oleum intelligit, ut recte Scholia vetera & Lutatius.

Porrò etiam unguentis perfundebantur divites, & homines lauti, ut pompam & luxum ostenderent. Odoratis enim unguentis perfusum caput plerumq; divitiarum fuit argumentum. Inde Lucilius.

*Hi quos divitiae producunt & caput ungunt.*

Facetè Cicero in IV. contra Verrem, ita, inquit, *Palestritas defendebat, ut ab illis unctior discederet.*

His adjungantur hospites, aut alii, qui è longinquo itinere in ædes aliquujus diversabantur. Sic Telemachus. & Pisistratus in ædes Menelai adventantes lavabantur ab Ancilla ac ungebantur. Homer. odys. IV. Et apud Milonem divertens Apulejus ab ancilla ad balneas producitur, ibique ungitur. Ita enim habet Metam. lib. I. *Fotis*, inquit Milo, *Sarcinulas hospitis susceptus cum fide conde in illud cubiculum: ac simul è promptuario olenne unctus, lincta tersus, & cetera buc eidem usui profer occiter;* & *hospitem meum produc ad proximas balneas, satis arduo itinere, atque prolixo fatigatus est.* Ratio, cur id factum sit, haud obscurè in postremis Milonis verbis latet; nempe non solum ut ibi sordes abluerentur, sed etiam ut voluptatem & refocillationem sibi compararent. Nam utrumque finem spectabant veteres, teste Eustathio, cum refert βαλανεῖον esse introductum, ut esset πυρῆ μὴ δυσθέλιον, ἀνατυχῆς δὲ τινὶ αἰζηνοῖ. Et sanè medentur Balneæ lassitudini. Unde Plautus Mercatore:

*Nunquam adepol omnes balnea mibi banc lassitudinem eximent &c.*

Atque hinc Athenaeus lib. I. balnea vocat ἄκρων πατέται. Certè quia temperatur lotione crassus & melancholicus humor inde triā cā exhilaratur animus. Ex hac tenuis adductis præterea

pater, 'Ancillas etiam nonnunquam ungendi officio functas', quod aliqui divites & elegantiores à servis suis peragi curabant; sed ubi de Ancillis sit mentio, balneum quoque privatum ac domesticum intelligi nullus dubitem, quanquam homines modici hospites ad balnea publica producebant, conductis balnearibus, qui sequi jussi, ungendi officio fungebantur. Sic Milo Apulejum lib.III, Met. *jussis balnearibus adsequi, perduxit ad lavacrum proximum.* Hi balneares, ut opinor, balneatoris famuli erant, ad id constituti, ut eis, qui balnea introirent, praestet essent. Balneator autem dicebatur, qui illis præterat. Pauperes verò horum balnearium munere ipsi fungebantur, & se & hospites lavabant, ungebantque. Sic iterum exemplo nobis sit illud Apuleji lib.I, Met. *Ilicò lavaco trādo. Quod unētui, quod terstii opus ipse præministro.* Sordinum enormous eluviam operosè exfrico, &c. At illud nobis adhuc observandum, quod post lotionem demum sese unixerint, ut hoc pacto obstrucentur corporis pori & spiramenta. Id quod aperte indicat Eustathius Iliad. X. ἐλαῖον δὲ ἔχεις οὐδὲ λεπτάριον ἐμφράτορες τὰς ευμαλίκες πόρους, οὐδὲ μέτρη λαῦροι στέγουσι τὸν ἔχειται.

Ad eos nunc veniamus, qui artem Magicam callentes, sese in totum oleo illinebant, cujus beneficio tunc quæ vellent præstabant, v.g. *Magicos susurrante amnes agiles facere reverti, mare pigrum colligari, ventos inanimes expirare, Solem imbibari, Lunam despicari, stellas evelli, diem tolli, noctem teneri.* Imò seu in bruta & volucres se immutare, seu divinationes & alia plura posse credebant vanæ mentes; utpote quibus obdiant *Manes, turbentur sidera, cogantur numina, serviant elemen-*ta. Verba Luciani apponam, quibus Magam describit, quæ fascinandi artis haud ignara transformabatur, atque Corvum nocturnum agebat. In ejus Afino hæc leges: Εἴτε πιθάτοις αὐθόνωις εἰσεισα, πάντα τολλάς ἔχον πυκνόδας ἐν αὐτῷ, ἵντιν ἀναρρέει, καὶ φρο-  
φίζει μίαν. Ήττο, ερχειν ἐμβούληστρον, οὐ, τι μάλι τον δίδα, τὸ δὲ στενε-  
ώδες πόρος, ἐλαῖον αὐτὸν ἐπέβειν τοῦ. Εἴτε τύττε λαβεῖσα, γέγερθε δὲν, δέπο-  
τον διδούσαν αὐξανετον τῷ κάτω. Καὶ αὐτοις θεράπευσιν τούτην. Καὶ οὐ-  
τας προσδιδούσαις οὐκοντινοῖς. τοῦτο δὲ οὐ, οὐτας οὐρανοῖς θηματά. Καὶ  
οὐτας

etiamq[ue] ex iuxta vixi. Et tuus uido es[ti], nō xopac[r] vulnus tibi. Quae ex versione J. Benedicti ita redduntur: Tum reserata majuscula arcā, que pyxides multas continebat, unam hinc effert, in quā quid contineretur nescio, sed quantum oculi conjicere poterant, oleo plena videbatur. Ex hoc sumens tota inungitur, ab imis usquibus inchoans: statimque ipsi enascuntur ala, nasus cornens & aduncus, omnesque avia notas, quotquot sunt, babebat, nibilque aliud erat, nisi nocturnus Corvus. Id autem agebant, atque in avem plumabantur, cum scitule formula juvenem quempiam likener adspexissent, ut sic ad suum Cupitum devolare possent; quemadmodum id refert Apulejus Met. l. III. Oleum etiam, quo ungebantur, ~~geli~~ ~~mu~~: ~~μελανην παιον~~ appellat Lucianus l.c. Multam præterea vim in Verbenacā inveniebant Magi; de quā audiamus Plinium lib. XXV. cap. IX. ita loquentem: Ultrāque (specie) sortiuntur Galli, & præcinnunt responsa. Sed Magi utique circa hanc insaniunt. Hac pernicios impetrare que velint, febres abigere, amicitias conciliare, nullique non morbo mederi &c. Verbenaca vero eadem est herba, qua & verbena dicebatur; quod patet ex eodem scriptore Plinio l.c. Nulla tamen Romana nobilitatis plus habet, quam hierabotane. Aliqui peristereos, nostri verbenacām vocant. Quibus in verbis ostendit Plinius nullum planè inter hierabotanen. ac verbenacam esse discrimen, nisi quod vox illa ex Graciā, hæc originem ē Latio petat. Ac sanè & verbena est iugū solā, ut Dioscorides aliiq; volunt; quamvis abusivè verbenas jam vocemus omnes frondes sacros, ut est Laurus, Oliva, vel myrtus. Terentius: Ex ara sume hinc verbenas. Nam Myrtum fuisse Menander testatur, de quo Terentius transtulit, ut ait Servius ad XII. Aeneid. non tamen Plinius dubitat dicere id esse sacri graminis genus lib. XXII. c. II. ubi verbenas etiam sagmina vocat; id est, sanctas vel sanctitas; ab illis enim vocibus nomen accepere, ut tradit Festus Pompejus: Sagmina vocantur verbena, id est, herba pura, quia ex loco sancto arcebantur à Consule Prætoreve legatis proficiscientibus ad fædus faciendum, bellumque indicendum: vel à sanctiendo, id est, confirmando. Nevina: Jus sacram joviū jurandum sagmine.

Muctisque Feltus. Plinii verba sunt: *Non aliande sagmula & remediis publicis fuere, & in sacris legationibusque verbena.* Ceterè utroque nomine idem significatur, hoc est gramen ex arce, cum sua terra evulsum: ac semper & legati, cum ad hostes, clarigatumque mitterentur, id est, res ruptas clare repetitum, unus utique verbenarius vocabatur. Quo ex loco etiam politicum verbenarum usum discimus. His adjiciamus quæ de verbenacâ habet Turnebus lib. VIII. c. XXIII. cuius verba heic adscribere non pigebit: *Idem, inquit, de verbenacâ sentio, & verbenatam dici debere prædico, cum præfertim verbena gramen ex arce cum suâ terra evulsum significet, quod gramen saerum putabant, & aereis opior, i.e. verbenata, saepe sumeretur, & verbenaficeret, & ut ita dicam verbenaretur: Quo factum est, ut verbenata etiam verba diceretur.*

Verum mitto hæc, & ad corporis partes venio, quarum unicumque pro varia illorum diversitate ac proprietate diversa etiam unguenta adhibebant, ut sanitatem conservarent. Multus in his exponendis est Athenæus & alii. Sic leges caput & collum, supercilia ac capillos inungi & confricari solere oleo *Serpillino*; & apud Thoricenses, populum Atticum, *Amaracino*, Geas & mammillas *φοινικη*, genua & collum *ἰριττίη*, unum brachiorum *σισυμβρίνο*, & tibias à genu usque ad imos ungues *μύρρα λιγυτής*. Alii ossa nervosq; linebant *Cressino* & *Amaracino*. De oleo *Baccarino*, ut superius memini, scripsit Hipponax, cum sit: *Baxxap̄ ἡ τὰς πίρας μλειφων.* Inter Romanos ac Græcos caput & capilli perfundebantur *Nardo*. Ita Tibullus lib. III. Et. VI.

*Iam dudum tyrio madefactus tempora Nardo.*

Item *Amomo*; ad quod hortatur Martialis lib. VIII. ep. LXXVI. his verbis:

*Si sapi Affyrio semper tibi crinia Amomo  
Splendeat.*

Nam alibi dixerat,

*Unguentum bæredi nunquam, nec vina, relinquas.*

*Balsamo*: Juvenalis sat. II.

*— bis fuso fitans opobalsama collo.*

*Myro-*

*Myrobalo.* Horat. lib. III. od. XXIX.

*Pressa tuis balanus capillis.*

*Et Myrrhâ.* Hor. l. III. od. XIV.

*Myrrheum nodo cobibere crinem.*

Quod tamen debilitare videtur vetus interpres Pomponius Porphyrio, inquiens: *Colorem myrtleum in crinibus bodie quoque dicunt, qui medius est inter flavum & nigrum:* ut itaque videatur in Horatio legisse *myrtleum* non *myrrheum*. Et sanè exstat & apud Tibullum locus, ubi hujus coloris in crinibus meminit; cum lib. III. el. IV. inquit:

*Stillabat Tyrio myrtea rōre coma.*

Qui color non de crinibus tantum dicebatur, sed etiam de aliis rebus, v. g. de equis; ut habet Pallad. lib. IV. c. XIII. Petron: *Myrtæa subornatus gausapia.* Diocorid: ξύλον ὑπεριππον. Et Isidorus inquit: *Myrtleus color pressus in pūrpura.* Sed color υπεριππος purpura fuscion. In crinibus & equis est color, quem nostri *Kastanicbruyn* appellant. Nos heic in Horatio retinemus *myrrheum*: illa enim viguit consuetudo; Ut ex Virgilio clarius videre est:

— — — — — *crines*

*Vibrati calido ferro, myrrhâque madentes.*

*Et Ovid. lib. V.*

*Et madidos myrrba currum crinale capillos.*

*Denique Mâlobathro.* Hor.

— — — — — *Nitentes*

*Malobathro Syrio capillos.*

Imò adeo expetebant comitos capillos, ut tanquam pro poena haberetur crines amicæ födare, quod probat Tibullus I. el. X.

*Jam mibi persolvès pœnas, pulvrique decorem.*

*Detrahet, & ventis horrida facta coma.*

*Uretur facies, urentur sole capilli, &c.*

Et Venus stomachata biles venereas, ac filio, quod amicam haberet, infesta inquit: *Tunc injuria mea litatum crediderim, cum ejus comas, quas istis manibus meis subinde aureo nitore perstrin-*

*xi; demserim. apud Apulejam Metam. V. Præterea hæc unde. adeò luxuriosa fuit, ut de cæ Martialis scribat l.XII. ep. XXXVIII.*

*Crine nitens, niger unguento.*

*Quin imò vel pauperimæ mœchæ crines ungebant: quod colligo ex eodem scriptore l.III. ep. LXXXII.*

*Et Cosmianis ipse fusis ampullis  
Non erubescit murice aureo nobis  
Dividere mœchæ pauperis capillare.*

*Cur autem hæc fierent, varias ut puto causas habuere. quasdam tamen, (quis enim omnes recenseat) quas observare potui, non verebor hic apponere. Sæpius odoramentis utebantur, ut corporis vicia v. g. oris factorem & spurcitiem dissimulare possent. Talis erat Posthumus, quem Satyrice expostulat Martialis sub assiduo diapasmatum & unguentorum odore nil boni suspicans, sed latere ulcus, vomicam, aut tetrius quippiam. Ita enim de illo: lib. II. ep. XII.*

*Esse quid hoc dicam, quod olet tua basia myrrham,*

*Quodque tibi est semper non alienus odor?*

*Hoc mibi suspectum est, quod oles bene, posthume, semper:  
Posthume, non bene olet, qui bene semper olet.*

*Hinc idem Poëta lib. VI. ep. LV. inquit:*

*Rides nos, Corincine, nil olentes:*

*Malo, quam bene olere, nil olere.*

*Et Cicero ad Attic: Ep. L mulieres laudat, quæ unguenta odore fera negligunt. Quanquam, inquit, tua illa horridula mibi atque incompta visa sunt: sed tamen erant ornata, hoc ipso, quod ornamenta neglexerant: Et ut mulieres ideo bene olere, quia nihil olebant, videbantur. Senes se ungebant, ut calvitiem capitis dissimularent, juvenesque apparerent. Sic modo allegatus auctor Senem jocatur habuisse capillos unguenti pictos colore, quos spongia poterat totos delere: Nam qui olim toto erant capite calvi, sibi solebant unguento perfusi velut fila capillorum unitare. l.VI. ep. LVII.*

*Mentiris fictos unguento, Phabe, capillos,*

*Et regitur picta sordida catva comis.*

Ton-

*Tumorem capiti non est adhibere necessum:*

*Radere te melius spongia, Phabe, potest.*

De tali quoque sene intelligenda, quæ habet eodem libro  
ep. LXXIV.

*Catvam Trifilem semitactus unguento.*

Sulcis nempe & quasi semitis unguento ductis & pictis in calvo  
capite tripili seu trifili, tres scil. vel paucos admodum haben-  
te capillos. Adi Turnebum lib. XXV. c. XXVII. Alii unguen-  
tis usi ut pompam & luxum ostenderent, usum enim lapsu tem-  
poris verterant in Luxuriam. Claudian. de bello Gildon.

*Umbratus dux ipse rosis, & marcidus ibit*

*Unguentis, crudusque cibi.*

Et Lucianus in libro de Amoribus talia refert: οὐδέποτε δὲ ἀρκεῖ  
ἡ μίλαρα χάρτην ρουλέτην, ή γεγαμβρωτὸν πλεύτην εἰς ταῦτα ἀραι-  
κεῖσθαι, ὅτι λευ Απαλίας (χειρὶς ἐν τῷ τεχνὸν διονύσεα), i. e. Alii ve-  
rò, quibus nigra coma videtur ad formam sufficere omnes marito-  
rum opes in banc impendunt, totam pane Ambiam ex capillis spi-  
nantes. Imò admodum invaluit hæc Luxuria; ut odorem pro-  
digum ex utraque corporis parte captarent, & non tantum line-  
rentur, sed etiam ipsi vasculis unguentariis potarent. Vide  
fs Plinium lib. XXXI. & μύρος ὄνος μυρινής εἶναι ἔπινος, ut tra-  
dit Aelian. var. hist. lib. XII. c. XXXI. De his igitur loquitur Ju-  
venalis Sat. VI.

*Cum perfusa mero flumant unguenta falerno*

*Cum bibitur concha &c.*

Et Martialis de Ampulla potoria scribens in Apophor. ep. CVIII.

*Hac licet in gemma que servat nomina Cosmi*

*Luxuriosè bibas, si foliatu sis.*

Foliatum quid sit superius indicavimus; interea per foliatum  
hic vinum Nardinum arbitror posse intelligi; illud erat, quod  
vel Nardo vel unguento Nardino conditum fuit. De quo Plau-  
tus in Milit. Glorios. act. III. sc. II.

*Demisit Nardini unam Amphoram Cellarius.*

Veteres autem (ut Theophrastus auctor est) unguenta vino mi-  
scabant, nonnulli subito in ipsa Compostatione; alii verò jam ante  
sic

Sic medicatum, & curatum habebant: Evolvatur hac de re Turneb. Adversariorum lib. II. c. XXIX. Horum quoque meminit Lucianus in Nigrino, qui luxuriosissimos describens, in illos, quia communia naturæ munera fastidiunt, ita invehit: τέτης γάρ τοι τοις μέσοις χαρεῖσθαι εἰπεπλαυτρες πόδων. Καὶ τὸ σπάνιον αὐτῷ ταραχαῖς πάγκηντες. Τέτης τοι τοις οὐ μόνοις εἰνοίτε, i.e. Hos illos esse, qui media etiam byeme rosis opplenentur. Eorumque raritatem intempestivam amant: hos illos esse, qui unguenta bibunt. Quin & cibis unguenta solebant admiscere nonnunquam; quemadmodum id observat Turnebus l. XXI. cap. IV. Hanc autem luxuriam longe superavit admiranda illa Cosmi cuiusdam, qui in solidum ahenum, ex ære vas, multis ac diversis odoribus & unguentis pretiosissimis plenum descendebat, seque illis immergebat, de quo Juvenal. Sat. VI.

*Et Cosmi toto mergatur abeno.*

Hinc unde luxuriosi & voluptatibus dediti dicuntur apud auctorem allegatum:

— — — unitamque Corinibum.

Porrò juvenum erat, ut unguentis delibuti ad amicas irent, ut placerent illis, ac ad Venerem incitarent; cum enim ob finem etiam in congressu unguentis fuisse usos testatur Lucianus in Asino. At nobis senem sistit Horatius, qui pretiosissimo unguento perfusus amicæ placere studet:

*Senem, quod omnes rideant, adulterum.*

*Latrent suburane canes.*

*Nardo perunctum, quale nec perfectius*

*Mea laborarunt manus.*

Epod. lib. od. V. talem etiam invenies apud Plautum in Casina. Alioqui mulieres eandem ob causam etiam id fecisse legimus, quod clare appetet ex Apuleji verbis: lib. VI. met. Et Ecce, inquit Psyche, inepta ego divina formositatis gerula, que tec tantillum quidem indidem mibi delibo, vel sic illi amatori meo formoso placitura. Hinc sicut Cereri panem, vinum Bacco, sic Veneri unguenta tanquam ipsi propria dedere veteres. Unde Papinius Statius Sylv. lib. III.

maternoque rogos univisis amomo.

Et Lucianus in Icaromenippo Deum describens convivium, καὶ ἀπὸν, inquit, ἡ Δημόσιη τελέτη, ἡ ὁ Δίονυσος διονος, καὶ ὁ Ηρακλῆς εἶπε, καὶ μύστα ἡ Λαζαρίτη, ἡ ὁ Ποσειδῶν μαριδᾶς. Quibus in verbis pro μύρᾳ Marcil. restituit μύζα, ut ex eodem videre est.

Ne verò seminarum vestes & velum tenue bombycinum unguentis hisce macularetur, crines compositi & sparsi ornatum acu sustinebantur, quam Græci βελόνων appellabant, atq; acum crinalem dicit Apulejus lib.VIII. Varii erant usus hæ aciculæ, nam & caput illis scalpebant. Festus: *Acus, quā mulieres scalpunt caput.* Capillum distinguébant, unde discerniculum dicebatur, teste Nonio, & certe id nomen apud Lucillum invenitur, & Tertull. *Cedo acum crinibus distinguendis.* Hieron, adversus Ruffinum: *Fecerunt hoc & Fulvia in Ciceronem, & Herodias in Iohannem, quia veritatem non poterant audire, & lingam veriloquam acu discriminali confodiebant.* Ergo innuit acum discriminalem Xiphilinus, qui de eadem Fulvia: Καὶ ἡ θεότης, αἵ τις πλὴν φαελών ἵξενται, κατεῖναι. Acu (ut jam diximus) capillos comptos figebant, de hac Xiphilinus: Βελόνη, στρατείας ἦσαν. Et Isidorus orig. lib. XIX. *Acus sunt, quibus in feminis ornandorum crinium compago retinetur ne laxius fluant, & sparsi dissipentur.* Habes apud Martialem de acu aurea distichon in Apophor. XXII.

*Tenuia ne madidi violent bombycina crines,  
Figat acus sparsas sustineatque comas.*

Alio loco satis indicat multis orbibus capillos circa acum volvi solere, ne dissipentur. Ejusdem enim est illud: lib. II. ep. LXVI.

*Urus de toro peccaverat orbe comarum  
Annulus, inserta non bene fixus acu*

Ipsas autem acus illas gemmis ornabant, ut docet Ulpianus. Atque acu crinali, (quamvis à calamistro differat, hujus enim usus erat in capillis torquendis & vibrandis; illius vero in di-

scri-

scriminandis & continendis) veteres tamen videntur calefacta vibrasse capillos. Unde in Isidori glossis: *Acus, Calamistrorum.* Et eiusdem lib. XX. cap. XIII. *Calamistrum est acus, qua calefacta & adbibita calefacit, & intorquet capillos.* Unde & *calamistrati appellantur, qui comam torquent.* Et Nonio Marcello *Calamistrum est fistula brevis, qua cirri continetur.* Non enim Nonius & Isidorus Calamistrum & acum confunderent, nisi acu quandoque pro calamistro usi fuissent. *Calamistrum* Nonius *fistulam* dicit; rectissime, quia instar arundinis, quæ *zálamus* Græcis, intus eavum erat.

Maximam verò comarum curam habuere Græci, eamq; studiōse aluerunt, ut scribit Eustathius, non tantum yenustatis gratia, sed etiam formidinis: ΕΘΘ. Λινὸς κύμης χρίφει, εἰ μόνον εἰ καλλΩ, ἀλλὰ & στὰ τὰ φοβερά. Οὐ γε γδὲ λέοντος χειλίου φοβερώτερος ποτὲ μη χαττεύειχονται. Ita quoque de Leonida Spartani rege refert Philostratus lib. VIII. Ερίνθης κορδύλη ἵππος αρθρίας, ταῦτα δέ στρατιος μῆλοι φίλοις φοβεροὶ εἰς δρόσος φάγονται. Alioqui magis pulcritudinis atque ornatus causâ Romanos ac recentiores Græcos hoc factitasse legimus, inde præcipue flava inter illos coma celebrata fuit, quia commendatiorem vultum reddere credebant. Ita flavum capillitum commendat Valer. Flaccus I. V.

*Tum novus implevit vultus honor, ac sua flavis  
Reddita cura comis.*

Et Catullus laudat auream Berenices comam, adeoque in universum Euripides ait; *Amorem capi flava coma, φιλεῖ κατόντες καὶ κύμης ξανθίσματα.* Unde etiam illi, quibus ex naturâ flavi crines non erant, arte acquirebant. Sic Menand. apud Clem. Alexand. Οὐ δει, inquit, τὰς τείχας ξανθαὶ ποιεῖ. Et Lucianus in Amorisibus: Αἱ μέρη γδὲ φραγμαῖς τρυπαῖσι σωματίοις πρὸς ἡλίου μητρικεῖσιν, ταῖς πλοκαῖς, ἵσα δέ τῷ εἰσιν χροῖσι, ξανθῷ μετασάπτουσιν ἀνθράκιαν κατενύπεσαν φύσιν, i. e. Nam alie quidem medicamentis rubefaciendi ad solis meridiem vim habentibus, capillos perinde ut lanarum coloribus, flavo inficiunt flore, propriam

*dominantes naturam.* Romanæ præcipue fæminæ veteres amavere hunc colorem; unde quædam sibi illum *cinere* conciliabant, quo capillos rutilarent. Valer. Max. lib. II. c. I. de priscis Matronis: *Quo formam suam concinnorem efficerent, summa cum diligentia capillos suos cinere rutilabant, & Cato in originibus p. 139. & 140. Mulieres nostræ capillum cinere inungitabant, ut rutilior esset crinis.* Rectè dicit cinere inunxit esse capillos; cinis utique ille non erat pulvis dissolutus, sed *Lixivium*, aut *Sapo Gallicus*; Galliarum enim hoc inventum assertit Plinius lib. XXVIII. cap. XII. Prodest & sapo, Gallorum hoc inventum rutilandis capillis. Fit ex sevo & cinere. Optimus fagino & caprino, duobus modis spissus ac liquidus. Illeque apud Germanos majore in usu viris quam fæminis. Idcirco Trallianus scribit: Καὶ χαλκε σάπων ἀραδίας εἰ τοῦ χύλῳ. Apud Germanos maximo in usu erat, cum eo etiam viri, teste Plinio, crines rutilarent. Rutilus vero color videtur esse igneus & flavus, sive auratus. Hinc Batavi Silio Auricomus dicit:

*At puer Auricomus jam formidate Batavo.*

Quomodo & Vandalos *χειροσέται*, id est auricolores capillas Procopius habere ait. Martialis vero *Ruffum* dixit Batavum:

*Sum figuli lusus Ruffi persona Batavi.*

Græci plerumque *χαρδον* nominatunt, quamvis Galenus velit Germanos magis propriè *κυψες* dici quam *χαρδος*. De his Germanorum nativis crinibus Calpurnius Flaccus: *Miramur hanc legem esse naturæ, ut insobolem transeant formæ, quas quasi descriptæ species custodiunt?* sua cuique genti etiam facies manet. Rutili sunt Germania vultus, & flava proceritas &c. Verum & inter ipsos Germanos ab arte rutilus efficiebatur crinis: Crebro enim medicamentis illum lavabant; ita Ammianus: *Videbat (sc. Germanos) lavantes alios, quosdam comas rutilantes ex more.* Plinius eum colorem in crinibus gelidi Cœli beneficium existimat, quod tamen non putem, sed potius ex usu sinegmati & spumæ Catticæ seu Saponis liquidi hunc colorem sibi ascivisse Germanos arbitraret; spuma autem Cattica est Batava spuma, (fortassis inde accepto nomine, quod olim Batavorum

rum legiones incolebant Catti) quod indicat Martialis lib.  
VIII. ep. XXXIII.

*Et mutat Latias spuma Batava comas.*

Sive, ut alibi docet, *Cauftica*; vel ut reperitur in quibusdam  
exemplaribus, *Cattica*:

*Cauftica Teutonicos accendit spuma capillos.*

Ita ab ignea vi cineris, quæ lixivio incoquitur, ex quo Sapo con-  
ficitur tam liquidus, quam spissus, qui à Mattiacis in pilos den-  
tabatur, & inde *Pila Mattiaca* dicebatur. Ipse Martialis in  
Apoph.

*Si mutare paras longavos cana capillos*

*Accipe Mattiacas (quo tibi calva?) pilas.*

Mattiacæ autem à Mattiacorum gente, quos Selanos juxta  
nonnullorum judicium nunc dicimus, sive ut volunt alii à Mat-  
tiaco oppido Germaniæ, quod hodiè *Baden* vocant. Ut ut sit,  
vile saponis genus fuisse tradit Turneb. cap. XXIII. lib. IX. Sed  
& Germani Rheni accolæ rufos crines obliquarunt, inque no-  
dum coegerunt; ac præterea Scobem & ramenta aurea viden-  
tur habuisse, quæ capitib[us] inspergerent, quo magis coma illumi-  
nata flavesceret. De quibus haud obscurè Martialis lib. V.

*Rbenique nodos, aureamque nitellam.*

Ab his autem ad alios etiam iste mos pervenit, ita enim refert  
Herodianus, quod non puduerit Antoninum imperatorem fla-  
vam capiti cæsariem aptare, quæ mentiretur Germanicæ tonifu-  
sæ modum; Κόμας, inquit, τε τῇ κεφαλῇ ἐπιδέσθε ξυθάς, ἢ εἰς  
κοράν Γερμανῶν ἰσημέρεα. Sed præsertim apud Romanas mulie-  
res veteres in magnâ fuit aestimatione hic color, ut anteā ex Va-  
ler. Max. lib. II. c. I. ostendimus. Hinc & Ovidius Artis Amat,  
lib. III.

*Fæmina canitatem germanis inficit herbis;*

*Et melior vero queritur arte color.*

Sed, ut observat J. Scaliger, unde saponem putavit esse herbam?  
An ex Isatide etiam siébat iste color; ita enim Propertius  
Lib. II.

*An si caruleo quadam sua tempora fuso*

*Tinxerit, siccirco cerula forma bona est.*

Postiores verò Romanæ magis avidè huic colori inhiabant, quippe quæ ipsum flavum capillitium emebant à Germanis & pro suis comis supponebant. Id constat ex Ovidio ad puellam:

*Jam tibi captivos mittet Germania crines,*

*Cultat triumphata munere gentis eris.*

Item artis Amat. III.

*Fæmina prœcedit densissima crinibus emptis;*

*Proque suis alios efficit ære suos.*

Matronarum tamen honestiorum capillitium nigrum videtur fuisse, quod Servium notare video in IV. Æneid. qui Matronis nigram comam, Meretricibus vero flavam probatam fuisse ait. Huc igitur respexit Juvenalis Sat. VI. Admodum Satyricè:

*Et nigrum flavo crinem abscondente galero.*

In illud vetus Interpres, crine, inquit, *supposito, rotundo mulierib[us] capitis tegumento, in modum galeæ fatto, quo utebantur meretrices flavo.* *Nigro enim crine matrone utebantur.* Alias Croco eam in rem usas testatur doctissimus Tertull. libello de cultu fæmin. c. VI. *Video quasdam & capillum croco vertere, puder eas etiam nationis sue: quod non Germana aut Galla sint procreata, ita Patriam capillo transferunt.* Item Thapsa, quæ est herba ferulacea, cuius lignum Hesychio aurei coloris, qui inde χρυσόβιλον. Theocriti Scholia fest: Θάψα γένεται ξύλον τοῦ κακοῦ σκυθίσιον. Ηγετε Σκυθίκον ξύλον, ὃς φίσις εἰσαπφά. Τέττη τὰ τεττα βαττίσπι, καὶ τεττησι μήτη, καὶ τὰς τείχας Σκυθίζουσιν. Εἴτε τὸ παρόντα λογίδιον χρυσόβιλον εἰσαπληάδητο, Φυλόν τοι χωρὸν οὐδεν καὶ πλὴν θετίσιν πορέτα επώπια. Βάπτισμά δὲ εἰς ταύτης, τὰ προτεροτάτη. Quia mulieres κατ' ομαντα tingebant, inde θετίσι γυναικεῖς ait Comicus, quod exponit Scholia fest: ωχεῖ. Ego Thapsum sive Thapsiam (ita n. aliter dicebatur, quamvis interdum ea distinguant) id fuisse minimè ambigo, quod nostrates Soethout vocant, cuius liquore lutei seu aurei coloris capillos laverint. Quin etiam L. Verus, Commodus, & Gallienus Imp. crinibus suis illuminandis auri scobem asperserunt, cuius rei cauſam

dit Clemens lib. III. prædag. cap. III. terroremq; esse ait: τῷ Θνῶν  
δι Καὶ οὐτὸς Σκύθας κομιστόν, ἀλλ' ἐ πορευέντος. Εχει τὸ  
ἄπειχον τὸ βαρβάρον, τοῦ τὸ ξανθὸν αὐτὸς πολεμὸν ἀπειλεῖ, οὐδὲτε,  
τι χάρια τῷ αἰγαλίῳ. Ex hac veterum consuetudine capillos va-  
ritis medicamentis mutandi haud inconcinnè conjectari forte  
liceat ritus illius vestigia hodienum apud varias gentes durare,  
dum Polline orizæ vel farinæ vel etiam quocunque alio pulve-  
re aut cinere sicco & dissoluto canitiem sibi conciliant.

At, quamvis in viris æque ac fæminis inter antiquos flo-  
querit comæ studium, non tamen id apud omnes semper lauda-  
tum invenies: ut vel ex eo liquet, quod Patidi tanquam effemi-  
nato objiciatur ab Hectore nimia comarum cura, & Diomede.  
Iliad. III. Et pereleganter in hanc rem Phocylides:

Μὴ μὴν ἵππορεις παιδὸν τρέφει χαίτην πλοκαῖσθαι  
Μή κορυφίων πλέξης, μένθος ἄρματα λοξὰ κορύμβου  
Ἀροτοντος εἰς ἐπίσκηπτον. χλιδαῖς ἐ γυμναῖς.

Sic de Ænea tanquam semiviro Jarbas apud Virgilium lib.  
IV. ait :

*Et nunc ille Paris cum semiviro comitatu,  
Meonia mentum mitra crinemque madentem,  
Subrixus, rapto potitur.*

Præsertim quod immensos in unguentorum usu sumptus im-  
penderint, ac (ut antea alibi ex Luciano vidimus) τὴν γηραικότων  
εὐθύνει τὸν χαίτην ἀναθένεσθαι; Hinc apud Athenæum legi-  
mus, quod Lacedæmonii omnium harum pretiosarum composi-  
tionum venditores expulerint, quia oleum perderent, ac inuti-  
liter consumegent. Et Plinius lib. XIII. cap. III. inquit: *Certum  
est Antiochæ Rege, Asiaque devictâ anno urbis CDLXV. Publum  
Licinium Crassum: L. Julius Cæsarem Censores edixisse, ne quis  
venderet unguenta exotica.* Ita autem appellabant compo-  
sitiones externè & aliunde asportatas, ac proinde pretiosiores,  
v.g. Græcas, quas præ reliquis omnibus laudabant, quod con-  
stat ex illo Plaut. in Stich. aet. I. sc. III. ubi Parasitus auctionem  
facere decernens ita loquitur:

Vel

*Vel unctiones græcas, Sudatoriaſ &c.*

Sed hic operaæ precium videtur enarrare, qua æstimatione fuerint, qui unguenta redolerent; indicabunt id nobis verba Veſpafiani, quæ apud Suetonium in ejus vita, cap. VIII. leguntur, hic enim ne quam occasionem corrigendi disciplinam pretermitteret, adolescentulum fragrantem unguento, cum ſibi pro impreta prefectora gratias ageret, nutu aspernatus, voce etiam gravissimâ increpuit: *Maluſſem allium oboluſſes: literasque revo- carit.* In eo Ciceronis judicio aſſentiens, qui ait odores, qui terram redolent, gratioreſ eſſe, quam qui Croco conveniunt.

Nemini igitur nimiam hanc luxuriam consideranti mirum videbitur, ſi eodem tempore variis medicaminibus faciem fuandi morem viguisse audiverit. Quippe legimus apud Artemid. lib. I: *ιδεξη ναταχείας τὸ αρθεωπον, ὥσπερ αἱ γυναικες.* *Fucus* autem generatim pro quavis tinctura à Latinis accipitur, quāvis propriè dicatur de fuco Marino, qui eſt inter maris ejectamenta; Nam Plinius lib. XXV. cap. X. ait: *Phycosthallaſſium, id eſt, fucus marinus.* Sic fuco uſæ mulieres ad conciliandum ori ruborem, ut tradit Lucianus in libello de Amoribus, aliique plurimi. Fuci itaque color fuit rutilans, & quodammodo puniceus; Nec enim quivis color propriè fucus dicebatur, ſed rubei tantum coloris genus. Quod cognoscitur ex Plinii verbis, capite modò citato: *Fuco circa Cretam nato in partis purpuras quoque inficiunt.* Unde & Nicandro Φύκοφύλακος dicitur:

*Ηιτι εὴ Ε. Φύλακος καταβάθμο Φύκο.*

In veteribus vero Glossis *Fucus*, ρρωπα exponitur, ſed fortassis nimis laxè. Hic fucus erit *Purpurifum*, quæ ſpuma eſt collecta effervescente purpura, cum ex ea tinctura efficiatur, Dalechampio teste. Eo utuntur pictores, & fæminæ genas tingentes illis ruborem conciliant. Plautus in Mostell. act. I. sc. III.

*P. tum tuigitur cedo purpurifum. S. non do: ſcita es tu quidem:*

*Novapictura interpolare viſ opus lepidiffimum:*

Non ipsis atatem oportet pigmentum ullum attingere,  
Neque cerussam, neq; melinum, neque ullam aliam offuciam.  
Idem Trucul. act. II. sc. II.

*Quia adeò fores nostras unguentis uncta es ausa accedere,*  
*Quiaque istas buccas tam belle purpurissatas habes.*

Id notant etiam Scriptores Christiani, sic commemorat Tertull. libello de cultu Fœmin. *Quæ cutem medicaminibus ungunt, genas rubore maculant.* Item alibi: *An cum cerussa, purpurisso & croco, & in illo ambitu capitis resurgatis.* Plinius Indicum purpurissum refert inter floridos colores lib. XXXV. c. VI. Eandem ob caussam utebantur Rubriceta. Iterum Plautus in Trucul. act. II. sc. II.

*Buccas Rubricæ, cerâ omne corpus intinxiti tibi.*

Rubrica autem erat terræ species, qua usi mechanici ad ligna dirigenda filo. De ea conf. Vitruvium I. VII. cap. VII. & Pliniū I. XXXV. aliosque. Belgis Rootkryt seu Rootaerd dicitur, ex qua tamen an pigmentum sive offuciam, qua malas illinebant, fecerint, ambigerem, quamvis Turnebi opinio sit, quod purpurissum Rubricam Plautus latinè dixerit. Lib. XXIV. cap. XVII: *Sandyx quoque erat, ex qua purpureus color efficiebatur, quām plantam fuisse tradit Hesychius: Σάνδυξ δίνετος θαμνός, εν τῷ ἀρθρῷ γοιαὶ ἔχει, πόκηφος ἐμφορεῖ, ὡς Σωσίλη.* Plinius verò lib. XXXV. cap. VI. censet fuisse cerussam ustam: *Hæc, inquit, (cerussa) si torreatur aqua parte, rubricâ admistâ, Sandycem facit.* Sanè Sandycem fuisse γένους κόκκινον ex Suida & Photio constat. Sic apud Vopiscum in Aureliano leges: *Dicitur Sandyx Indica talem purpuram facere sicuretur.*

Sed ad alios lenocinii hujus colores progredior. *Albor* erat, quem formabat Cerussa: *quæ ex eo nomen hausisse videatur, quod ceræ similis foret.* Ad Candorem conciliandum hac faciem infecisse mulieres docet locus hic Martialis lib. VII. ep. XXV.

*Et cerussata candidiora cute.*

Unde & apud Plautum in Mostell. act. I. sc. III.

P. cedo cerussam. S. quid cerussa opus nam? P. qui mālas  
obliniam.

Sed præter hanc habebant etiam *craffus sputum ex madido pane,*  
quale fuit *jus Collyricum* cuius illitu genas splendidas facie-  
bant. Meminit ejus Tertull. de cultu: *Ad mensuram neminem*  
*sibi adjiceré posse pronunciatum est. Vos planè adjicatis adpon-*  
*dus Collyridas quas dám, sputorum umbilicos cervicibus adstru-*  
*endo. Collyridas dicit à succo crassiore; unde & offæ dicun-*  
tur Juvenali: Sat.VI.

*Sed quæ mutatis, inducitur, atque fovetur  
Tot medicaminibus, coetaque Siliginis offas  
Accipit, & madide facies dicetur an ulcus?*

Ex pane enim siligineo id fiebat medicamen. Idem sat.II.

*Et pressum in facie digitis extendere panem.*

*Panis autem ille* (ut tradit *vetus interpres*) *erat medicamen ad*  
*tendendam faciem, aut cutem magis.* Et rugas è facie exime-  
bat, ipsamque teneram reddebat; Fiebat etiam ex oriza aut fa-  
bis: Hodie in illum usum ex amygdalis contusis, vel ex fa-  
rinâ silagineâ. Illum verò panem, de quo supra egimus, la-  
ete Asinino madefaciebant, & ita tandem madido faciem in-  
crustabant, dein vero tectorium illud, seu *ταλάπλασμα* abster-  
gebant smegmate ex lacte Asinino. Dico smegmate, quia alia  
erant *καπλάσματα*, alia *σπιγματα*, quibus utebantur ad cutem  
poliendam; sublatis enim, cataplasmatis *τὰ σπιγματα* adhibe-  
bant ut id notavit doctissimus Salmasius in *Æl. Spart.* Hæc  
omnia clarissimè quoque patent ex Satyrico, qui hoc respexit,  
cum inquit: Sat.VI.

*Tandem aperit vultum, & tektoria prima reponit.  
Incipit agnoscī, atque illo lacte fovetur.*

Ubi Scholiaстes, *Asinino*, inquit, *lacte faciem linit, ut cutem tendat,*  
*& candorem eliciat.* Sic de Poppæa Neronis uxore legimus, quod  
adeò diligens in forma fuerit curanda, ut eam missam in  
exilium quinquaginta Asinæ sequerentur, quarum lacte candorem  
corporis provocavit. Qua de re apponere visum locum interpre-  
tis:

tis: *Poppaea uxor Neronis adeò diligens in excolenda forma fuit, ut eam L. Afina sequerentur missam in exilium, quarum latte candorem corporis sibi provocabat &c.* imò & ipsius Juvenalis:

*Propter quod secum comites educis Afellas*

*Exul hyperboreum si dimittatur ad axem.*

Quin & de Othonē, qui munditiarum pñne muliebrium fuisse perhibetur, Suetonius in ejus vita refert, faciem quotidie rasitare, ac pane madidò linere consuetum: idque instituisse à prima lantagine, ne barbarus unquam esset. Tandem quoque Melino videntur usæ fuisse delicatulæ istæ, de quo Plautus in Epid. Act. II. sc. II. & Mostell. Act. I. sc. III. Meminit quoque ejus Plinius lib. XXXV. cap. VII. ubi de Apelle, & aliis celeberrimis antiquis Pictoribus ait: *Quatuor coloribus solis immortalia illa opera fecere, ex albis Melino, ex fulvis Attico, ex rubris Sinopide Pontica, ex nigris Atramendo.* Quibus e verbis clare constat, Melinum terram fuisse albam, & hoc pigmento in facie albedinem procuratam fuisse; Sic idem Plinius cap. præced. *Melinum, candidum & ipsum est optimum in Melo insula.* Unde etiam cognoscimus, sic dici à terra Melia, quæ effodebatur in Melo Cretici maris insula. De qua tamen Dioscorides affirmat fuisse σποδοειδῆ, sive cinericiam. Interim fieri potuit, ut uno loco magis ad cinerem accesserit color, quam alio; indeque est colligere in Melo duo terræ genera fuisse, unum *candidum*, quo vetusti usi Pictores, alterum *Cinerium*, quod tamen non procul ab albo recesserit.

*Nigror*, ad palpebras & supercilia utilis, *Sibio* acquirebatur. Nam σίβη, χείρα μελαίνων μέλας, ut testatur Hesychius. confer. G. Agricola de natura fossilium lib. X. c. XI. Hoc mulieres ad ornatum oculos denigrasse liquet ex Luciani Amor. ἐν διεσθιτούσι τηλετίαις διωξίαις, οὐ βλασφημα μελάνησα τέχνη θνατογέλασι. i. e. in quibus dentium vis abservata, aut palpebris denigrantis ars comparata reconditur. Oculos ejusmodi Hieronymus vocat orbes *sibio fuliginatos*. Atque de hoc etiam Cypriani illud Serm. V. de Lapis capiendum: *nigrò pulvere lineamenta oculorum pingis, cum te Deus alter fecerit.* Nec non Artemidori lib. I. οὐ ποτὲ διατίς τοι εἰρήνη, μάλιστα γεωργία,

Etr.

*Εβ. ἀλλα γν̄ ὅπερ ἴμυροφίας, καὶ μέλανι πλούτας ἔσθιαν. Ele-  
ganter Juvenalis: Sat. II.*

*Ille supercilium madidâ fuligine tintatum  
Obliqua producere acu, pinguisque trementes  
Attollens oculos.*

Hinc videmus olim fuisse verissimum, quod inquit Propertius  
l. I. II.

*Natureque decus mercato perdere vultu,  
Nec sinere in propriis membra nueri bonis.*

Et ipse l. II. XIII.

*Ut natura dedit sic omnis recta figura est.*

Verum nostrò more progressuri apud Britanos aliquandiu di-  
versabimur. Hi Glasto sive Isatide corpus inficiebant colora-  
bantque, quod cæruleum efficiebat colorem, unde & Cœrulei  
dicti apud Martialem: lib. II. ep. LIV.

*Claudia cœruleis cùm sit Rufina Britannus  
Edita.*

Etiam Seneca in διπλολογισμῷ idem testatur in choricis ana-  
pæstis, cùm inquit: *Ee cœruleos Scotobrigantas.* Pro quo, ut qui-  
dem Scaliger judicat, hodie ineptissimè editur: *Scota Brigan-  
tas.* Nam, inquit, quis sanus dixerit cœruleos scuta, qui cœte cœru-  
lei essent. Et paulò pôst: *Quero, unde Picti dicti sunt? an quia*  
*scuta picti non cœtem? certò Scotti ab iisdem partibus Hibernie.* Et  
*Ambo picti non scuta, sed cœtem.* Sanè & picti dicebantur: ipse  
Martialis in Apophor.

*Barbara de pictis veni Bascanda Britannis.*

Et Claudian. de laud. Stil.

*— — — ne tela tiserem*

*Scotica, ne Pictum tremerem.*

Atque etiam à coloribus Britanos dictos autumat doctissi-  
mus Camdenus, *Bruth enim vetusta illorum lingua patria depi-  
ctum & coloratum significat.* Cœruleus autem iste color nonni-  
hil ad Nigrorem accesit, quod colligi licet ex Plinii verbis, quæ  
habet lib. XXII. cap. I. *Simile plantagini Glastum in Gallia vocatur,*  
*quo Britanorum conjuges nuptioque rotō corpore oblitæ quibusdam*

*in factis & mnde incedunt, Aethiopum coloria imitantur.* Quod idem voluit Cæsar, cum commentariorum lib.V. ait: *Omnes vero se Britanni ultrò inficiant, quod cæruleum efficit colorem.* De fine vero, ob quem se ita pinxerint, loquitur Pomponius Mela de iisdem Britannis lib. 3. cap.VI. *incertum ob decorum, an ob quid aliud ulro corpora infecti.* Sed iccirco fecisse, ut horribiliores essent in pugna aspectu, ex Cæsare probat Petrus Victorius V. L. XIX. 3. Verba Cæsaris sunt: *Atque hoc horribiliora sunt in pugna aspectu.* Verum hie non negligendum censeo (cum præcipue in sequentibus usum habeat) quod in priore Cæsaris allegato loco pro *ulro, luteo* reposuerit Victorius, cuius cur non hodiè sententiam sequantur nonnulli, id illos movet: quod Maro Auroram vocet *luteam*, non ut cæruleam, sed ut *crociam*, & Eclog. IV. dicat non *cæruleo*, sed

*Croceo mutabis vellera luto.*

Sed illi, ut inquit Turnebus lib.VL c. XVII., *hôc peccare alii vindentur, quod cum hujus herba succo inficiatur cæruleus & viridis color, tamen flores melini sint & crocei.* Et postea: *Cum autem Vitruvius scribit: Herba, que lumen appellatur, Herbam aliam intelligit, que luteo croceoque colore inficit, mihi non notam.* Et sanè lutum Philander censet esse Isatin, (de qua Dioscorides lib. II. cap. CLXXX. sive juxta alios cap. CCXVI.) causas apud ipsum videoas ad Vitruvii lib.VII. cap.XIV. Itaque hac de re dubium hactenus manet, nec non eruditorum altercatio, sitne ap. Cæsarem *luteo* an *Glaubo* legendum. De his tamen si conferamus Turnebum lib. XXIII. cap. XXII. ita ille suggeret: *Utrumvis sine ullo sensus & latinitatis dispendio legeris.* Apulejus enim Isatin ab Italico luteo aut Glaubo vocari dicit. Ita cism utriusque vocabulum Latinum sit: *fraudi non debet esse hoc vel illud Cæsari intexere, disceptatore & arbitrio velut à Praetore dato Apulejo.* Quanquam satius omnino sit vetera sequi exemplaria, in quibus vitrum scribitur. Et certè ita est apud Melam, qui idem narrat. Item apud Fulvium Ursinum, qui in codice quodam apud Cæsarem sic scriptum se reperisse dicit. Idque magis etiam affirmant Vitruvii scripta; Nam in antiquis ejus editionibus ita invenimus: lib.VII. cap. XIV. Item preter inopiam coloris indici cretam Selinusiam, ant anulariam vi-

ero, quod Graci *halin* appellant, inficientes imitationem faciunt tolloris Indici. Isatin autem in Vitruvio scribendum esse, quis non videt? Quid, quod his acedat auctoritas Oribasii: *Isatis, quam infectores herbam vitrum vocant.* Sed etiam *Isatum* Plinius lib. XX. cap. VII. *Glastum* dici scribit, quod in Latio, ut est apud citatum Oribasium lib. de virtute simpl. *vitrum* sonat: nempe quia infectores lanam tingebant colore *vitreo* sive *hyalino*. Ideoque à Gallis & Germanis eadē de caufsa dicebatur *Glastum*. Sanè iisdem *glas* hodie vitrum. Quod tamen ex superioribus herba colligitur, & Pliniō testē lib. XX. cap. VII. est tertium *lactucæ* sponte nacentis genus, quo, ut & suprà memini, *infectores lanarum utebantur*; & non tantum, quæ alioqui conflatione efficitur materia nitoris pellucidi. Nec simpliciter hoc glasto inficiebant Britannæ corpora, sed & animalium in iisdem pingebant figurās. Cujus rei testis Herodianus lib. III. τὰ σώματα τιχονται χραφαῖς, ποικίλων γένεσιν πανδαπῶν εὐκόσιν. Sed plenius Solinus: cap. XXV. Regionem partim tenent Barbari, quibus per artifices plagarum figurās jām inde à pueris varia animalium effigies incorporantur, inscriptisque visceribus, hominis incremento pigmenta nota crescent. Nec quicquam magis patientiæ loco nationes fere ducunt, quam ut per memores cicatrices plurimam fuci artus bibant. Hæc Solinus, & nos hactenus de Britanniis.

Quod ad Poëtas attinet, abundè testatur Horatius de arte Poëtica quosdam antiquitū *face* fuisse perunctos ne agnoscerentur, sua è plaustris poëmata canere solitos, his verbis:

*Ignotum tragice genus invenisse Camena*

*Dicitur, & plaustris vexissi poëmata Theissis:*

*Que canerent, agerentque peruneti facibus ora.*

Et exinde eos appellavit τευχοδάμονας Aristophanes in *νεφελ.* ubi conf. Scholiastes.

Sed ad inferiores corporis partes, pedes nempe, descendo, quos Atheniensium delicatores inungi curabant, uti narrat Cephisodorus. Præcipue verò id feceré peregrè proficisciētes, qui amphallam secum tulere, eum in usum, quem docet alicubi Meursius. *Mos,* inquit, *erat pedes oleo ungere, antequam calceos induerent.* Itaque peregrè abeuntes amphallam secum portabant, que oleum cum

*In nūsum suppeditaret. Quod posterius clārē ex Plauti Mercatore  
Act. V. Sc. II. patet:*

*tollo ampullam, atque hinc eo.*

Prius verò apparet ex Hēsychio, cuius hæc verba: ἀλεφωτο τὸς  
τῶδες οἱ ἀρχαῖοι, απὸ τὸ πανδίσκωμα. Atque hinc λιπαρές τῶ-  
δες videntur Poëtæ appellasse. Quin imò ad hunc ritum inun-  
gendi pedes accedit illud Evangelistæ, qui Mulierem Salvato-  
ris quoque pedes unxisse scribit.

Haud immeritò fortassis hīc adjungenda, quæ pertinent ad  
loca seu tempora, quibus præsertim unguentis usi veteres. Sic  
*in nuptiis* spargebantur unguenta, eorumque odore cuncta quasi  
perfundebantur, quod ostendit hic Apuleji locus lib. IV. miles.  
*Nam visa sum mihi de domo, de thalamo, de cubiculo, de toro deni-*  
*que ipso violenter extracta, per solitudines avias infortunatissimi ma-*  
*rati nomen invocare: enique ut primum meis amplexibus vidua-*  
*tus est, adhuc unguentis madidum, coronis floridum consequi me ve-*  
*stigio.* Atque idem auctor, Amoris & Psyches nuptiale convi-  
vium lib. VI. pereleganter ita describit: *Vulcanus canam coque-*  
*bat: Horæros & cateris floribus purpurabant omnia: Gratia sparge-*  
*bant balsama: Musa voce canorâ personabant &c.* Hic Gratii bal-  
sama tribuit, quia gratiam ac ornatum sibi conciliabant olim  
unguentati.

Præterea fese ungebant, quotiescumque remota tristitia  
hilari esse animō volebant, ac jucunditatē fese cupiebant dare.  
Ex Græcis id testatur Homerus odys. XVIII. de Nutrice Eurí-  
nomē canens, quod Penelopen misis lacrymis fese lavare, ac  
faciem inungere jussisset. Atque inter Romanos quoque id mo-  
ris obtinuisse, ut scilicet non nisi probè loti ac uncti genio in-  
dulgerent, infinitis fermè constat testimoniis, è quibus pauca  
nobis adduxisse sufficiat. Sic B. Augustinus lib. IX. confessio-  
num Balnea pellere tristitiam credidit, cum ait: *Visum etiam*  
*mihi est, ut irem lautum, quod audieramus inde Balneis nomen indi-*  
*tum, quod anxietatem pellar ex animo.* Ita quoque Horatius epod.  
od. XIII.

*Nunc & Achæmenia*

*Perfundi nardo juvat: & fide Cyllenea*

*Levare diris pectora  
Sollitudinibus.*

Idem aliò locò: *i. pete unguentum, puer, & coronas.* Sed contra in calamitatibus vulgaribus pulvere crines collinebant. Lucian. Scripto de luctu: *καὶ κόνις θῆται τῇ κεφαλῇ πάστεται.* Apud Agyptios autem si in domo mortuus reperiebatur, vultum *luto* oblinebant foeminæ: quod luctus maximi signum erat. De quo ritu Herodotus hæc habet: *τοῖσθιν ἀπογένται ἐκ τῶν οἰκητῶν αὐθεωποί, τε τις, καὶ λόγοι οἱ, τὸ Θύλυν γῆρας πᾶν τὸ ἐκ τῶν οἰκητῶν τέτων καὶ ὡν ἐπλάσσοι τέλος κεφαλίν πολλὰ καὶ τὸν πρόσωπον.* In luctu verò majori crines evellebant, aut etiam penitus radebant capita: Sic Seneca in Oedipo: *Luctus eveliens comam.* Et Apulejus lib. IV. miles. *quid, inquit, canitatem scanditis?* & hos crines, quoties propter mortuum quandam evulserint, supra busta, aut cineres, vel etiam defunctorum spargere cadavera solebant, quod ex Homero satis notum: Iliad. 4.

*Θρήνοι, οἵ μαίαναίνια ναλαζίνου, αἷς ἵπιβαλλον  
Κερόμενοι.*

Porrò autem & in alicuius rei concelebratione V. G. ludi, vel ciusdam Festi, dieque natalis unguentis erant delibuti. Ita Martialis lib. XI. ep. VII. de festo Saturni falcem gerentis:

*Uncis falciferis senis diebus &c.*

De priori extat & apud Tibullum locus: lib. I. El. VIII.

*Huc ades, & centum ludos, Gemiumque choreis*

*Concelebra, & multo tempora funde mero*

*Illius & nitido stillent unguenta capillo.*

De eodem Genio lib. II. verba facit:

*Ipse suos Genius adsit visurus honores;*

*illius puro distillent tempora Nardo.*

Item in *comportationibus* odoramenta adhibere celebre fuit. Juvenal. Sat. IX. inquit:

*Dum bibimus, dum ferta, unguenta, Puellas  
Pascimus.*

Illas, ut forent amoeniores, plerumque in pratis ad rivulorum ripas,

ripas, vel etiam sub arbustis instituebant, cuius rei testem se nobis offert Horatius: lib. II. Od. III.

*Qua pinus ingens, albaque populus  
 Umbram hospitalem consociare amant  
 Ramis, qua obliquo laborat  
 Lympha fugax irrepidare rivo.  
 Huc vina, & unguentia, & nimium breves  
 Flores amœna ferre jube Rose.*

Idem auctor alibi:

*Cur non sub alta vel platano, vel hanc  
 Pinn jacentes sic temere - - -  
 Dum licet, assyriaque Nardo  
 Potamus uncti?*

Pueri verò nobiles ad pocula dicitibus ministranda adhibebantur, quorum meminit Plautus in Menæchm. act. II. Sc. II.

*Non scis quis ego sum? qui tibi sepiissime  
 Cyathis apud nos.*

Illi pueri Pincernæ, dicebantur antiquitus *Pocillatores servū*, & ad *Cyathos*. Atque & illi plerumque uncti suo fungebantur officio. Propert. *Lygdnus ad Cyathos*. & Horat. lib. I. od. XXIX.

*Puer quis ex aula capillis  
 Ad cyathum statuetur unctus.*

Illis subinde convivæ dicebant illud, *w̄iv̄ev̄ xip̄ra, misce ut bibam*. Sed & illud observo, quod impendio curarint Veteres, ut calamistratos haberent in ministerio. Ita Seneca epist. CXX. *erim̄tus puer poculum tibi porrigit*. De his quoque Julian. Misop. & κρέτισον ἦν ὁ ἀδωδέρας μύρων τὸν ἀγορὰν βαδίζοντός εών, καὶ ταῦτας οὐ γενέσθαι καλέει, εἰς τὸν δοπελέμονα οἱ πολίται. Hinc Satyricus Sat. IX. *Puerum te, & pulcrum & dignum cyatho*. Prolixius etiam de his egit Athenæus, quem videas lib. X. cap. VII.

Sed potius ad ipsa pergamus convivia, & unguentis quemque perfusum adspiciamus: nullum enim apud veteres solenne sine ungentis & coronis floribusque convivium. Ungebantur vero veteres *ante epulas*: quod potissimum fiebat, quum è longinquo

ginquo redirent itinere. Exemplo Diomedis & Ulyssis id ostendit Homerus, qui ab exploratione redeuntes aderant  
 λεπτός ελάχιστης περίπολος ήταν. Unde Athenai lib. IV. ex Homero  
 sententia est : Δέντρο διαπεπτεῖται τὸν αὐγέστορα & λεπτόπορον τῆν  
 οὐρανον. Etiam Apulejus Miles. lib. IV. latrones inducit, qui  
 oleo peruncti mensas apibim largiter instruunt accumbebant.  
 Ita etiam uicti ante convivia hospites, quod videre superius est,  
 ubi de hospitibus egimus. Interim nec unguentorum minor in  
 ipsis convivis usus fuit, ubi quando se liberalius invitare decrever-  
 ent, floribus redimici, unguentisq; delibuti canitabant. Daban-  
 tur Romanis in triclinio discubentibus à ministris hæ coronæ,  
 vel ut extat in marmore Farnesiano tenuie sive fascie quadā, qui-  
 bus frontem convivæ vincire solebant. Sumptuosiores autem  
 & operosiores erant Persarum deliciae, sed Regum præcipue ac  
 Satraparum, de quorum luxu ac splendore cum alii tum Athene-  
 næus lib. IV. Quorum etiam luxuriosum apparatum paucis ver-  
 bis declarat Herodotus καθάποτε. Et Persicos odores commemo-  
 rat Spartanus in vita L. Aelii Cæsaris. Alioqui de modesto  
 veterum Persarum victu, nihil ad panem præter Nasturtium ad-  
 hibentium, multa præclara Xenophon, cujus verba l. I. de Cyri  
 institut. hic apposui: Φίρον Ἰωνίαν στάτη, μήτε αἴρετε ὅποιον ἢ καὶ  
 φαγον τοῖντον ἢ νήσον στάτην, οὐδὲν τὸντον αἴρετε, i.e.  
 nam domo afferunt in cibum quidem panes: in obsonium autem  
 nasturtium; in potum autem si quis sitiat poculum fictile, ut a-  
 quam de quovis fluminé hauriant. Sed luxum convivalem è  
 Persarum-recentiorum deliciis Romam perfluxisse arbitratur  
 Gutherius lib. I. de jure Marium c. XV. Quin imò nec Judæi  
 plane hujus fuere moris expertes. Ad hunc enim respicit Evan-  
 gelista Luc. cap. VII. 46. ubi Christus Pharisæum, se ut convivam  
 haut benignè excipientem, increpat, quod unguentum non de-  
 derit, inquiens: Εἶλαί τοι κεφαλή μου τὴν ἀλεφα. Λῦτο ἢ μέ-  
 γετο ἀλεφέ με τὰς πόδας. Flores vero, quibus usi, plerumque  
 rosæ erant: Sic Anacreon: Εἶμοι μέλι μύροις καταβέρχεται πτίλων;  
 Εἶμοι μέλι μύροις κατεσέφεται κάλεων, i.e. Mibi cura est unguentis  
 madefacere cæsarem; mibi cura est rosis coronare verticem.  
 Et Lucianus libello de Asino circa finem hæc habet: Καὶ σεπτην

αὐτὸν οὐδὲν τὸ μέρον ἀπομενόντος τοῦ φιλτάτου Εἰς αὐτὸν πρότις μετενεσθεῖται πίστη. Hinc passim occurrit apud Horatium illud: *Nen defint epulis Rosæ.* Et alibi: *Sparge Rosas &c.* Interim nequaquam imus inficias etiam ex aliis frondibus constasse coronas. Nam præter Rosas necabantur hederâ, verbenâ, myrto, apio & aliis. Sed merito hic dubitari posset, cur ad coronas usi olim sunt apio, cum id Lugubre semper habitum fuerit. Unde & στήνειν δέοντος, i. e. apio indigere agrotantem dicebant, cum exigua superefler spes de-recuperanda valetudine: An fortassis ideo funebria admiscuerint, ut lethi memores tanto hilarius agerent, juxta illud Horatii:

*Dum res & etas, & sororum*

*Fila trium patiuntur atm.*

An potius aliam ob rationem; quod nempe apium resistere ebrietati credatur; & myrtus, tanquam Veneri sacra, huic accedens, simul cum apio conviviali etiam latitiae conveniat. De quo conf. Victor Var. Lect. lib. XVI. cap. II. quam quidem postriorem sententiam meam facerem, cum certissimum sit non tantum voluptatis causa odoramenta adhibuisse veteres, sed etiam quod crederent illis ebrietati resisti; atque hinc utebantur coronis unguento delibutis, adi, si placet, Fulvium Ursinum App. ad Ciaccon. Nonnunquam etiam, ut indicat Festus, aviculas corollis suis alligabant, quarum & cantu assiduo, & crebris unguium rostrique puncturis efficeretur, ne inter epulas & potandum obdormiscearent. Cæterum priusquam mensas relinquimus Martialis jocum, quo convivatorem quandam, amicis suis nil nisi unguenta exhibentem falsè irridet, apponere duxi. Est is lib. III. ep. XII.

*Unguentum (fæcor) bonum dedisti.*

*Convivis here, sed nibil scidisti.*

*Res salsa est bene olere, & esurire.*

*Qui non canat, & ungitur, fabulle,*

*Hic vere mibi mortuus videtur.*

An autem post canam vel convivia Gentiles sese unixerint, equidem ambigo; maxime cum ejus ritus, nihil hactenus observavimus.

• pim. Quod vero ad Hebreos attinet, de iis res certa est, & magistri eorum eam unctionem, quam post prandium aut cenan adhibebant, aquas secundas aut lotionem secundam nominant, quamvis unguento uterentur, hæc enim unctione post cibum lotionis loco illis est. Ipsum illud unguentum חַטְבָּה, ungendi vero officium חַטְבָּה מִתְמָנָה + וְכֵן הַדְבָּרָה vocabant, ita enim alias dicunt irrigationem: Videatur Daniel Heinsius in exerc. sac. ad Nonnum. p.m. 451.

Adderemus hic potro unctiones in balneis usitatas, nisi ille jam alibi à nobis fuissent indicate. Id hic tantum adjungimus, quod, quemadmodum multa & præclara in balneis repetiebantur diverticula (sumptus enim immensos faciebant Romani ad balnea sibi bene ædificanda, in quibus nec modum, nec rationem servabant, quod vel exinde queat colligi, quia quisque fermè, cui modo res erat modica, in villa sua balnea habebat angusta, privataque) sic inter ea minime inter obscuriora habitum fuerit unctorium, amoenum & elegans habitaculum, in quo magna servabatur cepia pretiosorum unguentorum: quod conclave duos habebat aditus vel introitus ad recipiendos, qui à Palæstra redibant, quemadmodum illud fuit observatum à Gulielmo Du Choul. in tract. de Balneis, ad quem B.L. remittimus.

Ad alia nunc pergentes, considerabimus breviter unctiones, quas *siccæ* dicebant veteres. Et qui illis unctionibus utebantur, Græcè (ut ajunt Læxicographi) id ἔνραλοιφεν dicebant. Quæ vox etiam occurrit apud Lucianum in Lexiph. Εγώ δέ ζητούσαι φίλοισιν ἀπελθω, quæ reddidit J. Benedictus: *Ego autem abiens in siccō ungari.* Interim hic observandum, differre ἔνραλοιφεν ab eo, quod ab unctoribus ἔνροτείσεις, i. e. *sicca frictione* fricari dicitur; id enim monet Harpocration in ἔνραλοιφεν: Αἰχίνει, inquit, καὶ τιμάρχη. Ἐνραλοιφεν ἐλέγετο χωεὶς λιθρῶν ἀλειφεῖς, ὡς διδύμοις ἐν εὐκοσῇ ὅγδοη πραγματική λέξις, τῷ Νίκανδρῳ σὲ ὄγδοῃς ἐν δεκάτῃ Ἀττικῆς μαλακίου προσιθεῖς, ὅτι μη ποτε σὲ τὸ έπος τῷ αλειφεῖν λιθόμυρος ἔνροτείσεις γένεται; Σοφοληπες, πιλεῖ:

Καὶ ἔνραλοιφεν εἴμαι οὐδὲ πλυχανός.

(84) 80

Hæc Harpocration; ac eadem ferme Suidas; qui jungatur Hesychius. Nec non de his præctionibus videatus Theod. Marcius ad Pers. Alioquin & lotionibus, lavacris vel fluviis sese abluentes antiqui corpus ungebant: Quod solenne fuisse Spartanis in fluvio Eurota jam inde ab Heroicis temporibus indicat Theocritus in Helenes Epithal. Idyll. XVII. ubi virgines Lacedæmoniæ canunt se ungì virorum more ad Eurotæ flumina:

*χειραντίας ἀνδεισὶ ταξέπυργασ λοιποῖς.*

Verum alia nunc consideremus loca. In Luciani Asino reperimus quosdam ad ignem id factitasse, ἀνθη, inquit, τὸ δραῦς ἐπάρτιας, διδουσάμφοι, ἡλιοφόρος φραγμὸς τῷ σῦ, i.e. collaudata petula, vestibusque depositis ad ignem sese ungebant. Magis vero erat usitata veterum *insolatio*, cum toto die uncti in sole nudum corpus apricari & cuticulam probe curara solebant, id quod ideo faciebant, ut oleum corpus imbiberet, & cutis mullierularum more redderetur nitida. Quibus probe convenit illud Persii Sat. IV.

*At si unctus cesseret & figas in cute soleam.*

Ipsam verò hanc *insolationem*, cum corpora sole torrentur, οὐδὲν vocabant Græci, & οὐδὲν gaudebant. Quo etiam optimè faciunt, quæ habet Lucianus in Lexiph. Νῦν δὲ οὐκέτι γέλεται τὸ ἀλιοράτε, οὐ πρὸς πλεῖς εἰς λύκον πεπάθεται, εἰς τοιούτοις, i.e. Jam nunc autem tempus est *insolatum ungendi*, & ad solis splendorem apricandi, & postquam laverimus pancem & standi. Hinc quoque illud modo citati Persii:

*& assiduo curata cuticula Sole.*

Quæ verba ita est interpretatus vetus Scholiastes: Cumta, sc. à Chromatiariis, nam Chromatiarii dicuntur colorarii, vel qui toto die in arena sunt vel in sole, antiqui enim ungebant sese, & in sole erant, ut oleum corpus imbiberet. It Juvenalis:

*Nostra bibat vernum contraria cuticula Solem.*

*Effugiatque togam!*

Eleganter item Martialis de hoc corpus torrendi modo in Charinum I. I.

Sole

*Sole uritur Carinus, & tamen pallit.*

Huc puto etiam alludere Terentium, Adelp. act. IV. sc. II. cum ibi Syrus ait: *Letulos in sole lignis pedibus faciundos dedit.* Sed inter remedia hæc numerabant medici: Et Arnobius lib. I. refert: *Nunquid ideo dicenda sunt nubila inimica obdictione pendere; quia libidini non permittitur otiosè rutilare se flammis? bellicampus,* i. e. quasi fornax solaria huc faciat.

His ita hæc tenus consideratis videbimus nunc instrumenta, quibus usi veteres ut de corporibus oleum, sudores atque fordes distingerent. Hæc à Stringendo *Strigiles* dicebantur, iis enim equi, atque in balneis etiam homines fricabantur purgabanturque. Græcè *strigil* non modo στρίγις, verum etiam ξύσπα dicitur à ξύω, *rado, stringo*, quod indicat vetus Juvenalis interpres in sat. III. cum inquit: *Strigla autem est quod Xystram dicunt unde oleum deteritur.* Et in Glossis Cyrill. est: ξύσπα, *strigil, strigilis.* Ab hoc instrumento ortum est verbum *distingere*, quod sæpiissimè apud varios occurrit Scriptores: ut apud Marcell. de Medicam. *cum locum perunixeris, cito destringas.* Item Plinium lib. III. ep. V. quæ est ad Marcum: *Solum balnei tempus studiis eximebat, cum dico balnei tempus, de interioribus loqueror. Nam dum distinguitur, tergiturque, audiebat aliquid aut dictabat.* Et Plinius Veronensis lib. XXXIV. cap. VIII. hæc habet: *Plurima ex omnibus signa fecit, ut diximus, fæcundissime artis: inter quæ distinguentem se, quem M. Agrippa ante thermas suas dicebat. Sed & velaria, quibus athletæ post laborem stringebantur, nonnulli etiam strigiles fuisse dicta, autumant.* A stringendo item *strigmenta* dicebantur fordes, quæ abstergebantur de corporibus athletarum, qui in Xysto raderentur strigilibus. Sed ut ad strigiles balneares revertamur, fieri curabant illas antiqui ex auro, argento, ære &c. communissimè tamen è ferro, quod colligitur ex Plaut. Stich. act. I. sc. III. ubi strigilem vocat *rubiginosam*. Et clarius Martialis in apoph. de Strigile ep. XLIX. hæc ait:

*Pergamus has misit curvo destringere ferro,*

*Non tam sape teret linea fullo tibi.*

Quibus in verbis & strigilum observari poterit origo, nam in Pergamo inventas, vel inde allatas esse ait. Item Horatius:  
*curvo distingere ferro.*

Scribit tamen Plutarchus, Lacedæmonios καλαπινας arundinæ, & Æliacos Agrigentinos argenteis fuisse usos; item Strabo memorat lib. V. geograph. Indos levibus strigilibus ebeneis corpus expolire solitos. Hæ strigiles porrò inter Romanos oleo quandoque perfundebantur, quo minus ferri asperitate ac duritie cutis laceretur, quod, opinor, clare satis patet ex satyrici verbis: Sat. III.


*jam sonat unctus  
Strigibus, pleno & componit linctea gutto.*

Scribit enim Tranquillus: *Octavium lafisse cum nimio strigili usu.* Quin veterum Romanorum dijiores & hinc delicatores Strigilum loco saepius utebantur *spongis purpureis.* Ut ex Plinio discimus lib. XXXI. c. XI. vel *pallii laneis*, quemadmodū ea inter lautitas & maximum Trimalcionis apparatum posuit Petronius, cum ait: *Jam Trimalcio unguento perfusus tergebatur non linteis sed palliis ex mollissima lana factis.* Sed & alias à lavatione, oleo aut unguento perfusos, linteis tergere mos fuit, quod vel mediocres fecere & pauperes; utpote quibus non strigiles semper, sed illarum loco mollia linctea usui fuere, quibus sordium eluviem exfricabant, ita Apulej. lib. I. met. *oleum unctui, linctea rursui profer.* A Parasitis verò tergebantur divites, de quo vid. Scalig. Conject. Hinc Plautus inter eorum suppellectilem strigiles refert. Pers. act. I. sc. III.

*Cynica esse è gente oportet Pamstium probe:  
Ampullam, strigilem, scapbium, soccos, pallium,  
Marsupium babeat.*

Sed fortassis Lectori rem haud ingratam fecero, si strigilum figuram, tum ab Hieronymo Mercuriali artis Gymnasticæ lib. I. cap. VIII. tum à Guilielmo Du Choul observatam & depictam conspectui ejus subjecero, ea verò hæc est:

Quam



Quam figuram veris strigilibus convenire, vel ex Apuleji verbis  
djudicare quis poterit, qui Florid.lib.I. inquit: *Juxtaque ho-  
nestam Strigileculam, recta fastigiatione clausula, flexa tubula-  
tione ligula; ut & ipsa in manu capulo motaretur, & sudor ex  
eà rivulo laberetur.* Has strigiles deferebant ad balnea (ut & re-  
liqua utensilia) divitum pueri vel servi; uti claret ex Horatio:  
*I, puer, & strigiles Crispini ad balnea defer.*

Et Lucianus in Lexiph. Σὺ δὲ παῖς, inquit, σλεῖδα μοι, καὶ βίγ-  
Γαρ, καὶ φωσάνια, καὶ ρύματα ναυσολένει τὸ βαλανόν, καὶ τύπιλίσον,  
χρυσίγρ. Conferantur in hæc verba interpretes & commenta-  
tores, qui novissimæ editioni juncti sunt. Huic quoque rei fa-  
vet Spartanus in Hadriano: *Publice & cum omnibus lavit:  
cum vero veteranum quædam dorsum. & catenam corporis par-  
tem vidisset sibi atterere, percontans cur se marmoribus distin-  
gendum daret? ubi hoc iccirco audivit fieri, quod servum non  
baberet, & servis eum donavit & sumptibus.*

Ne autem mortuos planè obliyioni tradamus, de illorum  
quoque unctionibus quædam in medium afferemus. Quod ve-  
ro uncta sint cadavera apud antiquos, nullus quidem hodie erit,  
qui id in dubium vocabit. Igitur circa unctionem ipsam quæ-  
dam

dam observanda geniunt. Ac primò quidem corpora sepulta-ræ danda lavabant Antiqui. Ita Euripid. in Hecub. οἱ ταῦτα λείψοις τοῖς παντάσις λύσσαι. Id factum priusquam ungebantur; *Lotto* enim non minus ad honorem sepulturæ pertinebat, quam *uncio* & pleraque alia, quæ in exequiis solebant adhiberi. Quale est hoc exemplum ex Virgilio lib. VII. Æneid. de Misericordia antiquissimo funere:

— *Corpusque lavant frigentis ungunt.*

Et Lucianus libro, quem inscripsit de luctu, morem hunc confirmat, eum admodum ridiculè hæc posuit: Μόλις ταῦτα ἡ λύσσας ἀδει, οὐδὲ ικαρίς ή κάτω λίμνης λείψοις ἔτι τοῖς ὄπει, καὶ μύρφ τοῦ καλλίστῳ χειράσθε τὸ σώμα, πρὸς δυσωδίαν ἅδην βιαζόμενον, καὶ σεφαρώ Γερές τοῖς ἀγέσοις αὐθεστο, προβιθεντο, λαμπτῷος ἀμφίσσασθε ἵνα μὴ ρυγμῶν διελεύσοται καθέτε πλεύ ὅδον, μηδὲ γυμνοῦς βλέποντε τοῦ Κεφαλῆ οὐ. Quibus è verbis etiam constat optima quæque unguenta adhibita mortuis, ita ut verum sit quod habet Herodian. lib. IV. c. II. Τὸ μὴ γῆς τῶμα τὸ τελευτήν τοι πολυτελεῖ κατείσα καταθάπτεσσι. Illa vero unguenta varia erant v.g. *cassia* & *myrrha*: ut est apud Martialem lib. X. XCVII.

*Dum myrrham & cassiam flebilis uxor emit.*

Et apud Judæos Aloë, uti patet ex Salvatoris passionis historia. Sed aliis quoque speciebus, ut cedromelle, sale, cerà, bituminis & resina mortuorum corpora peruncta fuisse docet Schindlerus. Sed imprimis ad hæc unguenta, Amomum adhibuerunt, reliquisque addiderunt, quibus cadavera condirent. Unde Statius Sylvar. lib. II.

*Affyrio cineres adolescentur Amomo*

Et Persius sat. III.

— *tandemque beatulus alto.*

*Compositus letto, crassisque lutatus Amomis.*

Quamobrem ab Amomo, tanquam principali mixturæ parte, unguenta omnia, quibus defunctorum corpora medicabantur & condiebantur vocarunt *Amomiam*. Unde postea truncata voce haud dubiè fecerunt id nominis, quod *Momiam* & *Mimiam* hodiè dicimus. Sed nec tantum integris mortuorum

cor-

corporibus id honoris tribui solebat, verum etiam offa unguentis spargebantur. Testem produco Tibullum lib. III. el. IL ita loquentem:

*Pars qua sola mei superabit corporis, ossa  
Incincta nigra candida ueste legant.*

Et paulo post:

*Illic quas mittit d̄ives Panchaia merces  
Eoique Arabes, D̄ives & Assyria.*

*Et nostri memores lacrymæ fandantur eodem &c.*

Sed & cineres, de quibus testatur Ausonius in Herorum epitaphiis, XXXVI.

*Sparge mero cineres, bene oleti & unguine Nardi,  
Hospes, & adde rosis balsama puniceis.*

Quos tamen cum ossibus deinde in domo reponabant, quod indicat modo allegatus Tibullus l.c.

*Atque in marmorea ponere sicca domo.*

Id est Monumento, nam *domum* Monumentum vocabant, quod videre est ex veteri Lapide, Romæ in D. Stephani è regione tem- pli D. Luciæ reproto

MALA EST GRATIA  
M . JVNIQ . M . F . PAL . RVFO  
SOTERICHVS . PAE D A G O G . FECIT  
HAE SVNT . PARVÆ . TVAE MEAEQ SEDES  
HAEC CERTA EST. DOMVS HAEC COLENDÆ NOBIS  
HAEC EST. QVAM MIHI SVSCITAVI VIVVS

Sic etiam odores & unguenta acervatim in *rogos* conjiciebant,  
quod testantur innumeri fere auctorum loci. Herodianus lib.  
IV. c. II. de Cæsarum consecratione scribens hæc refert: Εἰς δὴ  
τὸ ὄκημα τὸ σύνθετον ἀνακομιζεῖσθαι κλίνει τοιούτους ἀρώματά τε  
Ἐθνικά μέτα πάντα ὅπερ γῆ φέρει. Εἴτε τινες καρποὶ καὶ πάσι χυμοὶ τε  
ευμελέστεροι πρὸς ἐνωπίαν, ἀνακομιζομένοι, καὶ εωφελὸν χέοντο. Et  
Propert. lib. IV.

*Cur Nardo flamma non oluere me?*

Hinc Cicero II. Leg. sumptuosam res pensionem vocat. De illis

M

**verō**

verò odoramentis in rogo positis inhonestissimum fuit quicquam surripere, nam de tali fure Martialis lib.XI. ep.LV.

*Unguentum & casium, & olentem funerali myrrham,*

*Thuraque de medio semicremata rogo.*

*Et que de stygio rapuisti cinnama lecto*

*Improbè, de turpi, Zoile, redde finu.*

Hæc in flamas unguentorum conjectio, ut ego quidem suspicor, fiebat etiam, ut citius eadavera cremarentur; quod ex Herodiano colligo: l.c. *περὶ τῆς πατέρα ἀνθεταῖς εὐμάρτιος θνῶ τοὺς πυρὸς, φρυγάνων τε φλεγόντες, καὶ θυμητάτων ἀνθίσαντο.* Sed progressuri Veterumunctionis feralis dispiciamus finem; qui fuit apud Judæos, Egyptios, Persas, aliosque quibus in consuetudine non erat ut corpora igni consumenda traderent, corporis quam diutissima à putredine conservatio. Atque hinc ea condiebant, vel cerà circumlineabant, vel aliis corruptioni resistentibus remediis ungebant. Sic melle Babylonios cadavera conditisse scripsit Herodot. lib.I. mellis enim est natura talis, ut putresceret corpora non sinat; teste Plinio lib. XXII. cap. XXIV. & M. Tullius lib.I. Tuscul. condunt, inquit, *Ægyptis mortuos, & eos domi servant: Perse etiam cerà circumhuc condunt, ut quammaxime permaneant diuturna.* Apud Chrysostomum quoque est: *Lacryma myrræ, & herba aloë, ut sunt amarisimè sucoi, ita vim habent resistendi vermibus & putredini.* Atque de aliis suprà memoratis speciebus docet Schindlerus in lex. Pentagl. in voce *τύπη*. *Condunt aromatibus, myrrâ, aloë, cedromelle, sale, cera, bitumine, & resina corpora mortuorum, ut incorrupta maneant, & afferventur in loculus, nec foeteant: Sicut Judæi & Ægyptii faciebant.* Sed hæc causa non habet locum apud eos, qui corpora mortuorum in rugum imponere & comburere, non verò integra servare consuevere. Illi igitur, ut opinor, cum vel munditiei & nitoris, vel luxus causâ unctionem adhibebant, tum, quam unctionem Donatus designat in VI. Æn. quam etiam paulò superius adduxi, ut celestius cadaver flagramam conciperet. Nequaquam tamen ambigo,ungi etiam apud Romanos solitos fuisse mortuos ad abigendum  
fæto-

fætorem illum lethalem, & molestum halitum, quem caro exanimata reddit. Quia autem condituræ fecimus mentionem, æquum erit scire modum, quem in defunctis condiendis observâint antiqui, qui corpora incorrupta conservare vellent. Modus enim ille pro gentis varietate etiam diversus fuit. Judæi extrinsecus corpori unguenta applicabant, fasciisque deinde involvabant, ut ex historia Christi cuilibet notum. Ægyptiis vero intrinsecus conditura fiebat, exenterato ventre, sive exemplis intestinis, quorum locum aromatis & medicamentis explebant, quod accuratè docet Herodotus lib. II. cuius verba quamvis prolixiora, quia tamen totum iis ritum exposuit, me non pigebit hîc apponere: *At hi ( Taricheutæ) relikti in edibus hunc in modum diligentissimè condidunt corpus: Ante omnia incurvo ferro cerebrum per narres educant, ut quamq[ue] partem eduentes ita locum ejus medicamentis expletentes. Dehinc acutissimò lapide Æthiopico circa elia consindunt, atq[ue] gillas omnem album protrahunt: quam ubi reparagarunt, ac vino palmo eluerunt, rursus odoribus contusis prolunnt: rum album completes contusa myrrha pura, & cassia, & alii, excepto shire, odoribus, iterum considunt. Ubi hæc fecere salinant nîro abdum septuaginta dies. Nam diutius salire non licet. Ex aliis se- ptinginta diebus cadaver ubi abluerum Sindone byssinâ totum incisloris involvunt, gummi illinentes: quo Ægyptii glutinis loco plerumque utuntur. Eo deinde recepto propinquæ ligneam hominis effigient faciunt, in qua mox inserunt mortuum, inclusumque ita reponunt in loculo, & rectum statuant ad paritem. Siquidem mortuos sumptuissimè apparant. Eos autem, qui mediocria volunt, nimium fūientes sumptum, ita apparant: Clysterem unguine, quod è cedro giglitter, complevit: Deinde ex hoc album mortui ipsam neque scindentes, neque extrahentes, sed per secessum, prehenso via posterioris hiatus, insercent: Et tot quot dixi diebus sale condunt: quorum dierum ultimo cedrinum unguen, quod prius ingesserant, ex alvo egerunt, quod tantam habet vim, ut una secum album atque intestina tabefacta educat. Nitrum autem carnes tabefacit, mortuique tantum cuius ossa relinquuntur. Ubi ista fecere, ex quo sic tradidere mortuum, nihil amplius negotii suscipiunt. Sed potius audiamus ipsum Hæodo-*

rodorum græcè loquentem, ne quis versionis auctoritati stare cogatur: οἱ δὲ ἴστολεπτοί μοις ἐν δικήμασι, ὡδὲ τὰ σωματότατά τιμηθεῖσθαι. πρώτα μὲν σκολιοῦ στιθῆρα δέχεται μυξατήρων ἔξαρχος τὸς Κατραλού, τὰ μὲν ἀντὶ ὅτια ἔχειοντες, τὰ δὲ φάρμακα ἔχοντες μὲν δὲ λίθῳ Λιθιστικῷ δέξει παθεχθίσαντες ταῦτα τὰ λαπάρια, ἔξι ὥραῖς τὰν κοιλίην πᾶσαν ἐκκαθίρεατες δέ τις αὐτῶν, καὶ διηθίσαντες οἶνον, Φοινικοῦ, αὗτις διηθίσει θυμιάματος πλειεργιματίστοις. ἐπειτα τὰν ιηδὸν σμύρνης ἀκηδάτη τετριμέστης, καὶ καστίς, καὶ τῇ ἄλλων θυμωμάτων τὴλὺν λιθανατεῖ, πλίγαντες, συρράπτουσιν οἴστον. ταῦτα δὲ ποιίσαστες, παρεχείνοισι οὐτεψ, κρύψαντες ἡμέρας ἑβδομάδαν. πλεῦνας δὲ τετίνων ἀπὸ ξεῖνης παρεχείνοισι. ἐπειτα δὲ παρείδωντες αἵ οἰδοράποντα, λεγαντες τὸν νεκρὸν καθειλάσσοντες τὰν αὐτὲς τὸ σῶμα σινδόναν. βιωσάντες τελαμῶσι καθετεμπεμένοισι, ιωσχρίσοντες τὰν κόμην, τῷ δὴ ἀντὶ κόλπος τὰ πολλὰ χείωνται Λιγύπτιοι. ἐνθεῦτες δὲ παρεχείδαμβοι μιν ὃι προσάκοτες, ποιεῖνται ξύλινον τύπον ἀνθρωποειδέα. ποιοπάρμοι δὲ, ἐσερχοῦσι τὸν νεκρὸν, καὶ κατεκλιπάσαντες ὑπερ θησαυρείσιον ἐν δικήματι θυκαῖοι ἵσαντες ὄρδον πρὸς τοῖχον, ἢντα μὲν τες τὰ πολυτελεῖστα σκευάζοντες νεκρούς, τὰς δὲ τὰ μίσα βιβλευμάτης πλὴν πολυτελεῖσιν ἐπιφεύγοντας σκευάζοντες ὡδὲ. ἐπειτα κλιεῦπρας πλήσσονται τε δόπο τὰ κιδῷοι ἀλείφατο γινομένης, ἐν ὧν ἐπλησσαν τὰ νεκρὰ πλὴν κοιλίην, ὅπερ ἀναταμόντες αὐτὸς, ἕπειτα ἐξελάνοντες πλὴν ιηδὸν. καὶ δὲ τὰν ἐδρέντας ἐπιβήσαντες, καὶ ὀπιλαβόντες τὸ κλιεῖσμα τῆς ἐπίστως ὁδῆς, ταριχεύσοις τὰς προκειμένας ἡμέρας. τῆς δὲ τελευταῖς ἔξεισι ἐν τῆς κοιλίης πλὴν κιδῷοι, πλὴν ἐσῆκαν πρότερον. οὐδὲ ἔχει τοσαύτην διωμάτιν, ὥστε ἀμια ἐνώπιη τὰν ιηδὸν καὶ τὰ απλάγχηα καθετεπικάτα ἔχειν. τὰς δὲ σάρκας τὸ οὔρον κατατίκει. καὶ δὴ λείπεται τὸ νεκρόν τὸ δίρζαμα μάντον καὶ τὰ δέσμα. ἐπειτα δὲ ταῦτα ποιώντως, ἀπὸ ὧν ἐδικασαν ὅτια τὸ νεκρόν, καὶ δὲν ἔτι πρηγματεύεντος. Quibus è verbis etiam tempus constat, quamdiu scilicet Cadaver nitro imbuerint. Quod tamen apud Aegyptios veteres quadraginta tantum dies durasse (per quos tamen non miro, sed aromatis corpus condiveri) satis luculentè probant sacrae literæ. Genes. L. 2. 3. ubi Moses, qui Scriptorum omnium habetur antiquissimus, suā linguā ita loquitur: יְצַו יוֹסֵף אֶת עֲבָרִי אֶת־הַרְמָאִים לְחַנְתָּן אֶת אַבְנֵי

וַיְהִי

ווחונטו הרפאים את ישראל : וימלאו לו ארבעות

יום כי בן יפלאו ימי חאנטים ויבכו אתו מצויש

שבעים יוּם : אַבְּרָהָם לְמִזְרָחָם Quem locum LXX. reddunt :

Ιωσὴφ τοῖς παγίσιν αὐτὸς τοῖς ἐπιφριασάμενοις ἐπιφριασταῖς τὸν πατέρα αὐτὸς οὐκέτι εἰσφριασαν οἱ ἐπιφριασαῖς τὸν Ἰσραὴλ. οὐκέτι ἐπλήρωσαν αὐτὸς τοις πάντες οὐκέτι μηρας. τότε γὰρ κατέστηθοσται αἱ ἡμέραι τῆς ταφῆς. οὐκέτι θύεσθαι αὐτὸν Αἴγυπτον ἐβδομάκοντα οὐκέτι μηρας.

Infuper etiam hic Moses dies LXX. posuit; non verò tot dies condiebant cadavera, ut tradidit Herodotus, sed lugebant. Ad Scripturam ergo Sacram pròpius accedunt verba Diodori Siculi, ( qui inter Scriptores græcos haud immeritò illud meretur encomium , quod omnium primus nugari desierit . ) I. I. biblioth. in quibus refert ad dies plures XXX. condiri corpora solere. Locum, quia cum Herodoto eleganter Ægyptiorum condituræ modum ostendit, totum hic apposui : Quamprimum, inquit, ad scelici cadaveris curationem convenere (ἐπιφριασάμενοις) unus per biatum manus ad praecordia immersa, quidquid intestinorum est, prater cor venes, extrahit. Alius aluum cum visceribus singulis repurgatam, vino palmeo, aromaticisque odoribus perlust. Lorum denique cadaver ad dies plures XXX. unguento primum cedrino, aliisque delibutum reddunt. Myrrha deinde ac cinnamomo aliisque, non longiora tantum conservationi, sed etiam fragrantia apis conditum propinquis reddunt. Non etiam omittenda censeo hac occasione notata dignissima ea, quæ in Itinerarii sui parte primâ lib. II. c.V. Dominus de Thevenot, homo minimè fabulosus, sed fide dignissimus, & curiosissimus rerum indagator. ( dum in Ægypto Momias perlustrabat ) de unguento illo, & vi salis præservatrice terræ ibi propriâ ac innatâ quasi, inter alia nobis narrat. Verba ipsius ex nostra versione sunt hæc sequentia :

Ick wendde alle myn aendacht tot het beschouwen van dese balsem, waer van men het gebruyck verlooren heeft. Sy is swart, hard, en glinsterende gelyck peck, en selfs heeft sy daer oock de reuck af, doch aengenamer. Deze balsem bewaert de ligehaamen in hem geheel; en ick gelooft, dat het zand daer oock niet weynig toe deed;

Want zel's in de groote Woestynen van Arabie, vind men somtijds doode Honden, en somtijds oock wel Menschen, die noch 't eenemael gehelk en gaaf sijn, welcke in slaap geraekt, of van de Karavaanen achter gebleven zynde, door de hevige winden, die een gantsche zee van zand met zich voeren, overvallen, en so diep onder het gedachte zand gestolpt worden, dat het hen 't eenemael onmogetyk is zich daer syt te redden. Dit zand, 't geen fontachrig is, bewaard deze ligchaamen voor verrotten, door alle de Vogtigheydaer wyt te trekken. Wanneer nu een andere Wind 't gemelde zand weer terug dryft, vind men deze ligchaamen 't eenemael verdroogd, doch niet verrot. Viele hebben geloofd, dat deeze gedroogde ligchaamen de retbie Momien waren; doch sy hebben daer een verkeerd gevoelen, af gehad. Dum autem heic in Momiis explicandis occupor, fator, mihi temperare non possum, quin addam ea, quæ idem modò allegatus auctor de veterum condiendi corpora Ægyptiorum more i. c. refert, quemque in loculo quodam Ægyptiaco, cui Momia inerat, depictum se vidisse testatur, ubi simul agit de loculis non modò ligneis, sed & ex Sindone pura factis ac Gummi illitis, qui ligneis fermè sunt durabiliores; de tenuibus item fasciis, quibus corpus involvebant, quæque M. ulnarum longitudinem superarent, compluribus nexibus mirum in modum in se met ipsos implicatis, & celantibus capita; ac de pluribus aliis notatu dignissimis rebus; imprimis cum quodammodo quædam Herodoti suprà citatis verbis convenient: *Dit lichaam was sehr groot en breed, en lag in een kist van geweldig dsk hout, die een alle zyden sehr wel gesloten was. Dit hout, 'tgeen my bevonden van den oprechten Wilde-Vygeboom te uvezen, welcke men in Egypten Pharus-vyge-boom noemt, was gantsch niet verrot; evant het heeft daer op ver na zoo licht geen nood af, als eenig ander hout.* Boven op het selue Sag men 't aengezicht van den geen, die daer in lag, verheven sytghouven. men vind oock van deeze Kisten of Koffers van steen, met het aengezicht der geener, welcke sy beslyten, daer verheven op afgebeeld, en langs been Hieroglyfische figuren. Noch sijn 'er van deeze Kisten, welcke van verscheidene doeken, op malkander getymd, gemaecte, en also sterck, sijn als die van hout. 'k Heb 'er

er een van deeze soort in mynkabinet, die van meer als veertig doeken, den een op den ander gelymd, gemaakt is, aen de vvelken men noch gantsch geen verrotting bespeuren kan. Deeze kist is 't eenemael bedek met Afgoden en Hieroglyfische figuren, staen de op een seer dun pleister, daer de buytenste doek mee bestreken is; doch 't vverck is een vveinigje beschadigd, vermits de pleister hier en daer wat af is gevallen. Onder deeze figuren is een parkje, na beneden toe, dvvars over de gedachte kist, van tvee duimen breed en een voet lang; vvaer in men uitgebeeld ziet de manier, op de vvelke de oude Egyptenaaren de lichaamen balsemen. Int midden van dit parkje staet een lange tafel van gedaante als een leeuw, op vvelkers rug het lichaam, dat gebalsemd sal vvoorden, uitgestreckt legd, en daerby een man met een mes in de hant, met het vvelke by het zelve opend. Deelen man heeft een masker voor't aengezicht van fatsoen als een Spervvers-bek, buiten tveyfel volgens de gewoonte hunner Balsemers, die zich van dusdanige maskers dienden, om de krypade lucht, vvelke door de verrotting in de doode lichaamen veroorsaeckt vvoord, niet in te trekken; gelyk de geneesmeesters noch tegenwoordig in Italien doen, die in Pest-tyden nimmer meer sonder foodanig een masker, in vvelkers lange neus eenig reuck-vverk gestopt vvoord, de zieken gaen bezigtigen. Men sou echter konnen tveyfelen, of dit masker niet het hoofd van Osiris was, vvelke d' Egyptenaars met een Spervvers-hoofd-verbeelden, gelyk Anubis met dat van een Hond, de Nyl met dat van een leeuw, enz. Maer tot een gevissen reecken dat het een Balseming is, ziet men onder de gedachte tafel, vier kruyken of vat ten sonder ooren, die niets anders kunnen vveezen, als de vaten, daer de noodzakelykheden tot de balseming, zoo van binnen als van buiten, in bewaard vvieren. Aen beyde de syden van deeze tafel staet men oock ettelijke personen, vvelke in verscheydene positiuuren staen, en zitten. Van binnen indeeze kist is de gedaante van een gantsch naakte Dochter met uitgestreckte armen verbeeld. Maer om vveer tot myn eerste redenen te koomen. Na dat wyl met groote byslagen deceze hante kist, daer ick

bier

bier voor afgesproken heb, een stukken badden gebroken, vonden  
vry een geheel ligchaam in, 't geen aldus geseld was. 't Aenzieke  
was, gelyck gemeenlyck alle de anderen zyn, bedekt met iets,  
als een helmet van doek, met plaester overstreken; op het wovelk  
in gout het trony van deezen Gebalsemde uitgebeeld stont. Doch  
als vry deeze dencken daer van afnaamen, vonden vry daar  
niets af overig: want het aensicht vergaat gemeenlyck tot  
stof; 't wovelk, geloof ick, toekomt door dat het so wvel niet ge-  
balsemd kan vorden, als d' andere deelen des ligchaams. Niet  
te min heb ick't hoofd van een Momie gantsch en gaaf te Parys  
gebracht; maer dit hoofd is 'scene mael met vvindseelen soo niet  
bevonden, dat men, niet tegenstaende de zelven, de gedaante  
der oogen, neus en mond kan sien. 't overige des ligchaams was  
in kleine seer net-gemaakte lindene vvindseelen-gebakerd; maer  
deze vvindseelen liepen met soo veel keeren en berkeeren, dat ick  
geloof dat ze meer als duysend ellen konden uytmaacken: en in  
spaarheid sy sijn so vvoonderlyck door malkander gevlochten, dat  
men't tegenwoordig, gelyck my verscheydene vvond-beelders ver-  
zekerd hebben, zoo niet na zoude kunnen maaken. Over de  
borst in de langte liep een reep van ruym drie vingeren breed,  
en wvel anderhalf voet lang, wwelcke op een seer konstige wyze  
aan de andere vvindzelen vast was. Op de gedachte reep stan-  
den verscheydene Hieroglyfische letters met gout geschreeven.  
Hæc de Thevenot. *Æthiopum quod attinet condituram & illi*  
*cum Ægyptiis hoc habebant commune, quod exsiccantia adhi-*  
*buerint remedia mortuis, sed dein eos jam arefactos Gypso indu-*  
*cebant, sicuti ritum illum videre est apud aliquoties citatum*  
Herodot. in Thalia hisce verbis: Επειδὴ τὸν νεκρὸν ἴγγηκασι, εἴτε δὲ  
καὶ στιχὸν λίγυπτοι, εἴτε ἀλλοτριῶς, γυψάσασις ἀπαντά αὐτὸν, χωρὶ<sup>ν</sup>  
κοσμέσισι ἐξομοιώσεις τὸ εἰδὲθεῖ τὸ δυνατόν. Επειδὴ δὲ διὰ πελεῖσα-  
σι σῆλισι εἰς οὐέτα πεποιημέναι κοιλια. Ή δὲ σφι πολλὰ δὲ ἀνεργοὶ<sup>ς</sup> δύνανται. Εν μέρῃ δὲ τῇ σῆλῃ ἔνικαν θαφάντες δὲ νεκρούς, εἴτε ὁδηγοὶ<sup>ς</sup>  
καθημένους ἀχρειν παροχόμενοις, εἴτε ἄλλο ἀνεκὲς οὐδέτεροι. Καὶ ἐχει πάντα<sup>ς</sup>  
φανερὰ ὅρασις αὐτοῖς τοῖς νεκροῖς. Ενιαυτὸν μὲν δὲ ἔχοσι τὰς σῆλισις τὰς  
τοῦτο δικιοῖσι εἰ μάλιστα προσάκονθεις, παῖσιν ἀπαρχόμενοι, καὶ θυσίας δὲ

**וְשָׁכִיבָהוּ בַּמְשֻׁכָּכְבָּרֶךְ מֵלֵאָה כְּשָׂמִיכָה וְזָנִיכָה**. Ab Hebreis postea ad Christianos videtur transiisse, quos etiam Arabicas olim merces funeribus adhibuisse auctōr est Tertullianus lib. de Resurrect. Carnis, cum inquit: *Proinde enim & corpora medicata condimentis sepulture mausoleis & monumentis sequestrantur.* Quod & hodie saepius in Imperatorum, Regum, ac Principum caderibus obtinet. Inter alios gentiles etiam vel inde ab Iliaco tempore mo<sup>h</sup>; hic fuit frequentatus: De Trojanis refert Horat. lib. epod. od. XVII.

*Unxere matres ilie addictum feris  
Alitibus, atque canibus Homicidam Hectorem.*

Sed de mortuis satis. Tempus jam est, ut pergamus ulterius  
ad res reliquas. Veterum domos & habitacula Iustraturi, ædium  
postes unctas videbimus à sponsâ mariti domum ingressurâ, à  
qua etiam re dicta Juno Vnixia videtur. · Donatus ad Terent.  
Hec. Act. I. sc. II. Cum pucelle nuberent maritorum postes unge-  
bant, ibique lanam figebant. · Et Servius ad illud IV. Æneid.  
Velleribus niveis & festâ fronde revinctum:

*Moris, inquit, fuerat, ut nubentes pueræ simul cum venissent ad limen mariti, postes, antequam ingredierentur, propter auspicium castitatis ornarent lanceas viris: unde ait velleribus niveis: &*

*oleo ungerent.* Quod oleum ex adipe suillo vel lupino factum fuisse tradit Isidorus lib. IX. cap. ult. Et de suillo quoque confirmant hæc Plinii verba lib. XXVIII. c. IX. Proxima in communib[us] adipis laus est, sed maxime suilli, apud antiquos etiam religiosi. Certe nova nuptæ intrantes etiamnum solemne habent postes eo attingere. Videntur autem suillo usæ boni ominis caussa, ut eo denotarent, quam sibi optarent fecunditatem; ut tam fecundæ essent, quam sues, qui denos pariunt. Lupino vero postes inungebant, nequid veneficum aut pestilens domum ingrederetur, vel ipsi obeseret. Quod clare innuit idem auctor eopse cap. *Massurius*, inquit, *palmam lupino adipi dedisse antiquos tradit.* Ideo novas nuptas illo perungere postes solitas, ne quid mali medicamenti inferretur. Porro occurrit in Horat. epod. lib. od. V. locus, quo unctorum meminit cubilium hisce verbis:

*Indormit unctia omnium cubilibus.*

*Oblivione pellicum.*

Quæ verba ita explicavit Porphyrio: *Indormit cubilibus unctia oblivione omnium Pellicum;* & est sensus, Cubilia unde sunt medicamentis, que oblivionem inducerent omnium pellicum, circumlitæ.

Sed addamus reliqua; conjecturam nonnulli faciunt, modum antiquitus obtinuisse uncto linteo emungendi, vel potius extinguendi lucernas, in cuius vicem nos hodie ferreis utimur emunctoriis. Ex Plauto originem cepit opinio cum in Bacchid. act. III. sc. III. ait:

*It Magister quasi Lucerna uncto expretus linteo.*

Præterea sunt, quibus ex ejusdem Plauti verbis, quæ habet in Aulul. act. III. sc. V.

*Aut Manulearii, aut Myrrobathrarii.*

calceamenta Muliebria unguentis, odoribus, & suffimentis imbuta fuisse placeat. Sed dum loquimur de mulierum calceamentis, haud adeò erit incongruum observare carðinalia proprie ea fuisse, Helychio teste. Et inde Lucianus inquit, *Omphalen San-*

Sandalo Herculem percussisse. Älianuſ quoque var. hist. I. I. c. XVIII. loquens de priscarum fæminarum luxu inter alia sandalis illas pedes induisse scribit: ἐπὶ μὲν γὰρ τὸν καραλὸν σιφάντων ἔτι θερέτοντας. Tunc ἡ πόδια ταῦτα λέγεται πεπονθεῖσα. Unde Venus etiam Bioni in Adonide mortuo dicitur per sylvas ivisse ἀσάρας, τοῦ αἰμάτου πόδας.

Inter Mulieres apud Apulejum lib. XI. Metam. Pompam Isidis prosequentes erant, qua cateris unguentis, & geniali balsamo guttatum excusso, convergebant plateas.

Judicūm tabellæ maltha perlinebantur, id quod clare indicat Pollux lib. VIII. cap. IV. cum ait: *Maltham esse ceram, qua illinerentur judicium tabella.* Quibus verbis etiam docet, quid Maltha fuerit. Sanè Hesychio *cera mollita* dicitur; *maltha* enim sive *μάλθη* fuisset dicitur *κυρός μαλαγμένης*. Fiebat autem è pice liquida & unguine, quod vocamus sevum vel axungiam, item è calce minutatim superadjecta. Sicuti id pleniūs describit Plinius lib. XXXVI. cap. XXIV. adi etiam Palladium lib. I. cap. XVII. Festus maltham ita describit: *Maltha dicunt à Graecis pix cum cera mixta.* Unde glossæ vett. exponunt *μικρόν*. Ceræ tamen non meminuit Palladius, sed alii quos adduxi.

Libros etiam suos cedrō perungebant veteres. Hinc ait Martialis de suo libello. lib. III. ep. II.

*Cedro nunc licet ambules perunctus.*

Et Ovid. Trist. lib. I. el. I.

*Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.*

Id fecere, ne à tineis & carie laderentur, quam rationem adsignat Plinius lib. XVI. cap. II. ac lib. XIII. c. XIII. ex sententiâ Cassii Heminae scribit, Libros Numæ ideo tineas non tetigisse, quod cedrati fuissent. Eandem Cedrio vim tribuit Vitruvius lib. II. cap. IX. cum hæc scribit: *Item Cedrus & Juniperus eadem habent virtutes & utilitates: sed quemadmodum ex capressu & pinu resina, sic ex cedro oleum, quod cedrum dicitur, nascitur, quo reliquæ res cum sint unæ, (uti etiam libri) à tineis & carie non*

*nou ledantur.* Hæc Vitruvius. Nolo alia huic subjecere loca,  
cum ad alia transire tempus jubeat.

## CAPUT IV. DE VASIS VNGVENTARIIS.

*Vnguilla.* *Onyx.* *Onyx marmor.* *Onyx Gemma.*  
*Alabastrum.* *Onyx concylii genus.* *Concha.* *Pyri-*  
*des.* *Guttus,* *vas unguentarium.* *Guttus vas vina-*  
*rium.* Ἐπίχυσις. Λύκων. Ampulla. Λύσολήκυσθεν.  
*Ampulla verborum.* *Sesquipedalia verba.*

**P**ræmissis hisce de varia gentiliumunctione, tempus suadet, ut receptui caneremus, ni restaret, ut devolveremur ad vasa unguentorum nostrorum. De quibus pro exigui temporis ratione quædam adhuc erunt dicenda, ut constet, quibusnam in vasculis unguenta habuerint? *Vnguilla* Solino va-est, ex quo inungebant: Omnia tamen præstantissimum fuit *Onyx*, cuius passim apud Scriptores fit mentio. Ita Martialis lib.XI. ep.LI.

*Profertur Cosmi nunc mihi siccus onyx.*

Et Propert. I. II. X.

*Cum dabitur Syrio munere plenus onyx.*

Item Catullus de coma Berenices, & alii &c. Videtur autem Latinis hoc nomen onyx commune Gemmæ & Marmorū, quamquam primò de Marmore dicebatur, unde dein gemmæ id nomen tributum. Clare id nobis, Plinius, si audiamus, suggesteret lib. XXXVII. cap. VI. quo de variis gemmis tractat: *Exponenda est & onycbis ipsius natura, propter nominis societatem: hoc in gemmam translit ex Lapidem Carmaniae.* Vossii tamen est sententia, *Lapidem Carmaniz* potius à gemmā nomen cepisse.

Duxit

Duxit Onyx juxta plurimos appellationem à similitudine unguis humani, vel quod, ut unguis, sit cornei candoris, vel quia nihil sit in ipso rugosum vel asperum, sed omnia, ut in ungue, levia ac polita. Nam ὄνυξ, unguis. Et Plinius eoque capite : *Sudines dicit in gemmā esse candorem unguis humani similitudine.* Plura de Onyche gemma habet ibidem Plinius ; hodie vero à plurimis cum Onyche marmore confunditur. Cum vero nobis de Onyche vase sit sermo, marmorem intelligimus ; ubique enim Onyx pro ingenti vase ponitur, non de gemma accipi potest, sed de lapide vel marmore, de quo tractat Plinius lib. XXXVI. cap. VII. *Onychium*, inquit, etiamnum in Arabia montibus, nec usquam alibi nasci putavere nostri veteres. *Sudines in Germania*, potioris primum vasis inde factis, deinde pedibus lectorum, sellisque. Ubi pro Germania, Carmmania quidam restituunt. Initio quidem rarer fuit hic lapis, post vero invalecente luxu, etiam in columnas & pavimenta transiit. De columnis Plinius paulò inferius subjungit : *Cornelius Nepos tradit, fuisse magno miraculo cum P. Lentulus Spinther ex eo Chionum magnitudine cadorum offendisset : post quinquennium deinde XXXII. pedum latitudine columnas vidisse se.* De pavimentis testatur illud Martialis lib. XII. ep. L.

*Calcatusque tuo sub pede luet Onyx.*

Atque & hinc satis constat aliud fuisse Onychem gemmam, quæ tantum lapillys est, aliud Onychem marmorem ex quo columnæ, totaque pavimenta, atque ingentia fierent pocula. Præterea Onyx gemma vocabatur ὄνυχος. At lapis contra ὄνυχα τε καὶ σιρηνῶν sive Alabastrites, ut idem sit, quod Alabastrum. Id confirmat Plinius lib. XXXVI. cap. VIII. de marmore onychite ita loquens : *Hunc aliqui lapidem Alabastriten vocant, quem canant ad vase unguentaria, quoniam optimè servare incorrupta dicitur.* Et Dioscoridis testimonium est : Ἀλαβαστήν, ὄνυχός τε ὄνυξ. Vid. etiam Hermolaum Barbarum. Atque de his verbis Horatii lib. IV. od. XII.

*Nardi parvus Onyx elicet cadum.*

monet Acro, vocabulum onyx hic ponit pro ampulla marmorea, proprièque sic dici marmoris genus, ex quo ad unguenta odorata parva fierent vasa. Quæ erant longitudine fastigiata in pleniorum orbem desinentia, ut indicant, quæ de elenchorum figura (quos alabastris confert) refert Plinius lib. IX. cap. XXXV. Sed minimè heic omittendam esse admonitionem censeo, quam dedit Celeberrimus Vossius: cavendum nimurum putes antiquis id fuisse alabastrum, quod nos hodie sic vocamus. Vulgo enim sic dicitur lapis genus, è quo torno vas a fiunt, venis fabnigris per ea discurrentibus, pellucido labore, materiaque planè fragili: quæ gypsi species est, non species veteris alabastri: qui cujusmodi fuerit, impensis sciunt, qui Romæ veterum edificiorum ruderâ viderunt. Hac Vossius. Meminit Alabastrî vasis Martial. lib. XI. ep. IX.

— — *Quod Cosmi redolent Alabaster.*

Et Lucianus in tractatu de Asino: οὐ μόνον ἐν τῷ αλεάσπε φρεχαμένι τέττῳ ἀλεάσπε. Quin etiam inter Judæos id vasis genus fuit ad diuturnam unguenti custodiā probatissimum. Hinc Lucas Evangelista cap. VII. 37. de muliere peccatrice scribit, ἵπιγνος, ὅτι ἀνάκειται ἐπὶ τῇ ὄντῃ τῇ φαετοῖς, κομισασσα ἀλεάσπον μύρα. Sed præterea conchylii quoddam etiam videtur genus fuisse, quod onyx dicebatur: de quo Dioscorid. lib. II. εὐεξ, inquit, πάμικα δέ τοι κοχυλίου ὁμοιος τῷ τῆς πορφύρας, iuxta πορφύραν ἐπὶ τῇ Ινδίᾳ ἐπὶ ταῖς νερδοφόροις λίμναις, διὸ καὶ ἀρωματίζει νερούντων τῶν κοχυλίων τὰν νάρδον. Sensus est: Onyx conchylii est operculum purpure operculo simile, quod reperitur in India in paludibus iis, que Nardum ferunt. Itaque & odores suavissimos afflat, quoniam conchyliis Nardo vescuntur. Ex his igitur testis seu conchis fieri etiam poterant vasa ad unguentum servandum, aptissima, quæ servato nomine *Concha* appellabantur. Atque huc, credo, faciunt, quæ habet de conchis Horatius: lib. II. od. VII.

— *fundo capacibus  
unguentu de conchis.*

Et Juvenalis Sat. VI.

Cum bibitur concha.

Præterea apud Martialem legimus de *vasis* quibusdam *plumbis*. lib. VI. ep. LV.

*Frageras plumbea Nicerotiana.*

Quæ alii referunt ad sagittas' plumbeas , quibus cinnamomum ex Phænicis alitis nido decussum tradit Aristoteles lib. VI. de nat. Animalium. c. XIII. Mihi verò & illud minimè ineptum videatur , hec intelligi posse de unguentis à Nicerote unguentario confectis & in *vasis plumbis coctis* ; ut scribit Plinius lib. XIII. cap. II.

Plurimum etiam passim apud auctores *pyxidam* fit mentio : quæ propriè dicuntur de vasculis è *buxo* factis. Dein verò per abusum, quia plerumque illis utebantur, factum, ut & alia etiam alterius materiae vascula pyxides dicerentur. Quomodo *pyxidem* *arream* dixit Petronius. Et apud alios *argenteam* vel *cornicam* *pyxidem* legere est. Atque hinc Fabius lib. VIII. *Pyxides*, inquit, *cujuscunque materia sunt*.

Verañ age , festinemus ad Balnea. Videbatur ibi *Guttus*, quod erat vasculum , è quo oletum guttatim distillabat. De ea voce sic vetus Juvenalis interpres Sat. III. *Guttus ab eo dicatur, quia guttam missit, quos habet Cuparis.* Lautiores autem & nobiliores utebantur in balneis gutto, facto è cornu Rhinocerotis. Quod ostendit illud Juvenalis Sat. VII.

Ex istis his est

*Tongilli, magno cum Rhinocerote lavari*

*Qui solet.*

Pauperibus contrà in usu erat guttus ex cornu taurino vel bubalino ; quod colligere queas ex Martiali , qui in Apoph. ep. L. sub lemmate *Gutti cornes* id expressit :

*Gestavit moda fronte me juvencus*

*Verum Rhinocerota me putabis,*

Figu-

Figuram talis cuiusdam vasculi exhibebit hic puer cum hexo suo balneum aditurus, in subjecta iconē, quam mutuātī sumus ex Gvilielmi du Choul tractatu de Balneis, tamque oculis hīc subjiciendam duximus.



Alioquin etiam guttus erat vas vinarium, à quo (verba sunt A. Turnebi lib. XXII. cap. XXX.) vinum fundebatur in Simpulum, quod pro Cyatho erat: è Simpulo in Calicem. Nam potionem Cyathis, & ante Simpulum mettebantur. De hoc vinario gutto sic Varro lib. IV. de L. L. Quo vinum dabant, ut minutatim funderent, à Cutis guttum appellarunt: & quo sumebant minutatim, à sumendo Simpulum nominavere. Vossius in eā versatur sententiā, quod ἐπίχυος & guttus idem sint. Guttæ enim, inquit, dicitur quasi Chuta. Xutn à χύω, hoc est, fundo. funditur enim. Quamvis longè alter videatur sentire Turnebus loco supra citato, cum inquit: Ceterum epichyos, que gutto postea successit, meminiis his verbis Atheneus: (quibus atnam ἐπίχυοι fuisse videmus) Τὴν δὲ τῷ τρίποδι φυκτὴν χαλκοῦ ἐπίχειρον τοῖς κάλῳ τῷ σκαφιού, ἀργυροῦ δέοντα τύλας χωροῦ, τῷ κύαθῳ, ἵδη ἐπίχυοι χαλκῆ. i. e. in Tripode frigidarium eneum positum erat, Cadus, Scaphium argenteum drenarium capax heminarum, Cyathus, epichysis autem enea. Sic in eo quoque differre videntur, quod Cyathum & Simpulum idem fuisse

Vos-

Vesius affirmet; Nam, inquit, ex epichysi seu Gusto fundebane guttatum in Cyathum seu Simpulum; Turnebus vero haec distinguat verbis supra allegatis, ubi dixit: Vinum fundebatur in Simpulum, quod pro Cyatho erat. Et postea: positionem cyathis & ande simpulis metiebantur. In hoc tamen convenienter, quod Guttus & Gutturnum idem esse uterque dixerit.

Postremo, inter rasa haec unguentaria occurrit etiam Λήκυθος seu Ampulla. Nam in Isidori glossis exponitur, Lecythus, Ampulla olearia. Erat hoc vas olearium, quod in balneis adunctiones habuerunt, atque etiam Palæstritæ eo utebantur, quod indicat Theocriti Scholia: Λήκυθος, τὸ ἔχον τὸ ἕλαιον φέρει τοὺς ταῦτα σπάγει. Operæ pretium duxi Lecythi figuram hic exhibere, quam ita confici in veteribus lapidibus seu modumentis indicavit Scaliger, in notis ad Petronium:



Quod si quis rationis alicujus pondere vallet firmari, age, audiatur quam graphicè Ampullam descripsit Apulejus Florid. lib. L vel juxta alijs in initio libri II. cuius haec verba adduco. Qui magno incætu prædicavit, fabricatum fibimet ampullam quoque oleariam quam gestabat, lenticulari forma, tereti ambitu, profusa rotunditate. Divites suos servos habebant, qui Lecythus in balnea portarent, unde à Græcis pauperes dicebantur αὐτοί, λήκυθοι, quod fibimet ipsi ampullam in balnea ferabant, cum servi Ampulligeros non haberent. Vide sis Turnebum lib. IV. c. I. Ab hoc Ampullarum tamore, & amplitudine translationis quod-

iam genus profectum est, ut verba *ampulloſa* ac *tumentia* ab Horatio in libello de arte Poética *Ampulle* dicantur, cum inquit:

*Projectit ampullas & sesquipedalia verba.*

Ubi per *sesquipedalia* intellexisse creditur verba magnitudine *ampullas* æquantia, per *ampullas* vero orationis turgiditatem & grandiloquentiam. Et hoc faciunt etiam illa lib. I. ep. III.

*An Tragica deserit, & ampullatur in arte.*

Quod autem *ampullatur* dixit, id fecit Græcorum æmulatione, qui λυριζει dicebant, cum tumidam vellent describere orationem. Unde & Lais, quia buccis erat tumentibus, οὐδὲ τὸν πολὺτοις λύρων habere dicebatur. Et simili quoque ratione Plinius hæc Tullii verba l. I. ep. IX. ad Atticum: *Totum hunc locum, quem ego in Aristocratis varie in meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, de flammæ, de ferro (noſti illas λύρας) valde graviter pertexuit accepit de oratione amœna. Cum lib. I. ep. II. que est ad Marcum, scribit: Non tamen omnino Marci noſtas λύρας fugimus, quoties paulum itinere decidere non intempestivis amœnitatibus admonebamur.* Nam orationis gravitatæ & magnificentiae probe convenit ejusdem quoque amœnitas ac elegantiæ.

Hæc sunt, A. Lector, quæ de Gentilium unctionib[us] unguentrisque hac vice in medium afferre & volvi, & potui. Judaicæ, quia peculiarem sibi orationem postulant, atque minus hujus loci sunt, forsan alio tempore commodius locum invenient. Itaque receptui canens nullus dubito, quin Tu, A. L. opellam hanc benevolè sis accepturus. Interea certus esto hæc mea conamina, si placuerint, prima fore, si displicuerint, ultima. Quod si tamen quis meliora edocet me quoque ista docere velit, inveniet nunquam me pertinaciter & ad fastidium usque oppositum. Interim quædam similio credas me præteritile memorem scilicet scopi quem mihi præfixeram: Fuit autem iste non opera scribere, sed dissertationem. Contentus igitur hoc Catone, verba hæc Horatii commendata habe;

*Vive, vale: si quid novissi relliis iſtis  
Candidus imperii: si non, bis utere mecum.*

Clarissimo Juveni

## REGNERO VERVVEY

ANDREAS CHRISTIANVS  
ESCHENBACH

S. P. D.

**D**ennium fere est, Reinere  
Doctissime! cum relata ter-  
ra Batavâ, dulcissima Tua Patria,  
nostras has oras adiisti, & imprimis  
Illustram hanc Academiam Jenen-  
sem Musarum Tuarum sedem elegi-  
sti: ex quo tempore quanta fide  
quantaq; religione Amicitia inter  
nos culta fuerit, nec ut Te doceam,  
nec ut multis verbis hic prædicem,  
opus est. Tute enim nosti, quanto ar-  
dore Te complexus fuerim, quam  
primum Te iisdem mecum Elegan-  
tiorum Musarum amoribus capi in-

tellexisse; & tantum abest, ut me rivalem aut timueris aut affectum meum respueris, ut potius non solum vicissim amaveris amorem meum, sed quo arctius flammæ nostræ copularentur, idem etiam mecum contubernium quæsieris; in quo, quanta animorum coniunctione, quanta mentis tranquillitate quantoq; ingenii ardore delicias nostras sectatisimus, vix verbis exprimere possum. Certè, quoties recordor optissimi illius temporis, quo sepositis nonnunquam gravioribus studiis, vel optimos autores legendo, vel aliquid commentando, vel quæstiones propositas solvendo, vel Græcas literas scrutando, vel antiquos ritus

pri-

priscasq; historias investigando tem-  
 pus nonnunquam & otium conjun-  
 ctissimi sefellimus, non possum, quin  
 eidem fortunæ, quæ Tibi me felici-  
 bus astris conjunxit, verè & ex ani-  
 mo succenseam, quòd exoptatissi-  
 mam tuam conversationem osten-  
 dere mihi potius quām præstare vo-  
 luerit. Vix enim arctissima hæc a-  
 nimorum nostrorum conjunctio cor-  
 roborari incipiebat, cùm subitò ca-  
 sus, nescio quis, dulcissimum nostrū  
 contubernium disruptit. Timui pro-  
 fectò tum temporis ne interrupta il-  
 la arctior nostra conversatio, ani-  
 morum quoq; jucturam aliquanto  
 laxaret, & ne affectuum terminos  
 ex corporum distantia metireris.

Sed facile illum mihi metum excus-  
fit Tua in amore constantia. Non  
solum enim magno animo divorti-  
um illud tulisti, sed etiam quotidie  
mecum ad veteres nostros amores  
perrexi, illorumq; castissima fa-  
na mecum adorasti. Quin, quo o-  
mnibus nunc Tuus erga me affectus  
innotescat, cum jam iisdem deliciis  
nostris, h.e. omnis elegantiæ studiis,  
avâdnuia suspendere laboras Erudi-  
tam ac verè Tuam de Gentilium Vn-  
tionibus Dissertationem'; meum  
quoq; nomen eidem tabulæ insere-  
re, illamq; meos sub Præsidio propo-  
nere desideras. Quamobrem utriq;  
nostrum gratulor. Tibi, quod non  
solum Deus O. M. tanta in Te ani-

mi dona, pietatem, modestiam, doctrinam omniumque virtutum genuinum amorem contulerit, sed etiam quod facultatem Tibi concesserit, venerandæ Religionis nostræ mysteriis, quæ duce Summo Viro, Magnifico Domino D. Bajero communi nostro Patrone ac Præceptore, egregie bætatis familiaria Tibi reddidisti, amatores quoq; Mujas felicissimo nexu conjungendi. Mibi, quod talem amicum natus sim cuius non tantum probitas, doctrina ac eruditio omnibus probatur, verum etiam, qui sinceros amicos sincere diligere novit. Age igitur, charissime Reinere! insiste parro his, quæ bætenus calcasti, gnariter vestigijs nunquamque à regiâ

illa viâ, quam & Deus, & adoptima  
quæque facta Indoles Tua Tibi ostendunt, deflecte. Sic, quin Scopum  
tuum, ad quem omnes curas & cogita-  
tiones Tuas hactenus direxisti, bre-  
vi asseturus sis, uti nullus dubito,  
ita, ut eundem Feliciter quoq; attin-  
gas, ex animo voveo. Denique fac ut  
eundem amicum, quem communia  
studia, commune contubernium, com-  
munis fortuna Tuum reddidere,  
quemque brevi iidem, qui Te Viales  
comitabuntur, imposterum quoque  
diligas. Vale! Scribebam Jenæ,  
Prid. Eid. Nov. clo loc LXXXVII.



